

4
8

CONCORDIA

No A
1-297

LEXICON
PLAVTINVM B. 14 90

IN QVO ELEGANTIAE

OMNIVM SIMPLICIVM

lorum Antiquae linguae Romanae, velut Indice

quodam absolutissimo, accurate et erudite

cur & explicantur.

PASSIM QVOQUE VARIO-*

RVM AVTHORVM LATINORVM

iuxta ac Genitorum loca enodantur

illustrantur.

Del Consilio et Auctore de *Granada*. BPH

J. PHILIPPO PAREO. A. D.

permissum.



FRANCOFVRTI,

Apud Nicolaum Hoffmannum, Sumptibus

PAULI ROSE.

ANNO M. DC. XIV.



Handwritten notes in blue ink, including a rectangular stamp with the word 'Urbem' and some illegible text.

A

1

2-22-2831

294

5-238

21. a. 9.

40-

LEXICON
PLAVTINVM

B. 14 90

IN QVO ELEGANTIE
OMNIVM SIMPLICIVM

lorum Antiqua lingua Romana, velut Indice
quodam absolutissimo, accurate eruditur
& explicantur.



PASSIM QVOQVE VARIO-
RVM AVTHORVM LATINORVM

iuxta ac Græcorum loca enodantur

& illustrantur.
Del Com. de la Imp. de His de Granada. BBE
Auctore

J. PHILIPPO PAREO. A. D.

opus permissum.



FRANCOFVRTI,
Apud Nicolaum Hoffmannum, Sumptibus
IONÆ ROSÆ.

ANNO M. DC. XIV.



Handwritten notes in the top left corner, including a blue stamp that reads 'Biblioteca Universitaria' and some illegible markings.

A

1

2-22-2831

294



21. a. 5.

40-

V A R R O.

Qui de verbis multa dixerit commode, potius boni consulendum, quàm si quid nequirit, reprehendendum.

M E L I S S V S.

— LEXICA plurimis
Refertarebus, sunt vice remigum
Locoque velarum ferentum
Dorsa per & scopulos maces,
Salua carina, & sospitibus salum
Tranare promtis. —



A M P L I S S I M I S
T R I V M O R B I S C H R I -
stiani Luminum Exlegatis

DN. DN. DN.

IOHANNI DIKENSONO: Inui-
ctissimi IACOBI Magnæ Britannia Regis.

IOHANNI HOTMANO: Christia-
nissimi LVDOVICI Galliarum Regis,

PETRO BREDERODIO: Illustrissimo-
rum Hollandia, Frisia, &c. Ordinum.

Salutem dicit

I. PHILIPPVS PAREVS.



OTVM iam lustrum abijt, viri Ma-
gnifici, cum Comitorum Principem
in litteratorum theatrum nouis orna-
mentis expolitum produxi. Vtrum
condignè ex suis virtutibus incesserit,
οἱ μὲν ἄλλοι κρίνετε εἰς νοῦσον τε κείνατε.
Quod meum tunc fuerit institutum ex
parte dixi: & deinceps dicam. Princi-
pio authorem ipsum τῶν κωμωδοποιῶν ἀριστὸν ἔδωκεν πλάττον
listerie volui ἀφαιρῶν, ac purum ab omni scabritie, qua tot
sæcula oblitus, ac anè abolicus fuit. Rectè namque Por-
(?) 2 phytius

DEDICATIO.

phyrius sensit, τὴν τῶν παλαιῶν βιβλίων γραφὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον κινεῖσθαι. Certè quidem id accidit Accio nostro. Tot Medicorum manus ille expertus est, vt tantum non animam egerit: & fortassis an etiamnum agat. Vt enim penitus releuetur, nescio an erit vnquam.

Ὅς γὰρ ἂν εἰσῆλθῃ τὸν νόον, ἕτ' ἄριστος
 Ἐστὶν ὄνειροκείτας. ὁ διδάσκαλός οἷσι παρ' ὁ νῆς.

Ita quisque sibi bellus videtur, quando falcem Criticam arripit. Omnibus Atilianum illud placet: *Suam cuiq; sponsam, mihi meam.* Et: *Quid velit ingenio cedere, rarus erit.* Ego quod potui præstiti, non quod volui. *Neg; enim, vt inquit Varro, in bona segete nullum est. spicam nequam, neg; in mala non aliquid bonum.* Deinde propositum hoc habui: vt humanioris literaturæ studiosis ἐνδειγμα quoddam præberem priuati studij, viamque aperirem ad conficiendas ἐκλογὰς in lectione probatorum authorum. Eaque causa triplex ἀνδολογιῶν volumen conficere institui. Vnum quod simplicium dictionum elegantias contineret: alterum quod *φρῆσεις* Comicas certis classibus, ceu titulis communibus, comprehenderet: tertium destinaui τοῖς *πρῶτοις*: quorum ambitus vniuersam naturam includit. E tribus hisce *μελετήμασι* primum nunc prodiit in adspæctum vestrum: imò *πλειόνων*, vos ego Tutelares Sèmones aduoco. Fauete! Sic volui, sic debui. Volui ob virtutes vestras: quas Maximis terrarum Dominis summa laude approbastis: Debui hoc monumen meæ erga vos obseruantia palam ad plures propagare: qui me immerentem magno estis complexi amore. Eum non vnis indicijs prodidistis. Te DICKENSONE benignus veluti pararius & proxeneta HOTMANVS noster mihi conciliauit: tacitasque flammæ honoris cultusque in secretis pectoris mei templis excitauit: quæ nunc iam leues hæcæ stricturas ad te emittunt. Tibi verò HOTMANE an addictior esse queam? qui pignus nostri amoris quotidie in oculis gero, pignora tua charissima: filios inquam tuos, quos mihi totos tradidisti, vt sub præceptis institutisque meis crescerent in viros, patri a quoque succrescerent. Quod quidem ominor futurum. Par tibi affectus in me, Amplissime BREDERODI. Ostendisti eum

DEDICATIO.

eum pronúper, summa humanitate ac comitate me ad sermonis delenificas epulas tuas inuitans. Ah! quàm exsilijs ad tanti viri *πρῶτοις*, qui quasi vno vinculo charitatis arctissimè sibi copulauit & patrem & filium.

Vos igitur, Viri Magni, hunc cultum meum ne adspernamini: sed porro dum beneuolentiæ vestræ aura subleuate: & tenue hoc specimen blando vultu intuemini: donec nobis Musæ maiora concedant. Valete. Francofurti

a. d. 4. Eidd. April. Anno *Χριστογονίας*

∞. Ιοc. xiv.



(?) 3

I. PHI-



J. PHILIPPVS PA-
REVS LECTORI
beneuolo Sal.



IV nimis, Lector amice, in are tuo sum: coque non miror saepe διαγεῖναι te solitum αἰεὶ τὸ ἀτέλεστον. At cogita mihi verum esse, quod noster ait: Incipere multò est, quàm impetrare facilius. Et tamen nescio an non satius fuerit, manum prorsus abstinere ab hoc scribendi genere.

Causas habeo plures, quas domi noni. In illis dae sunt praecipua: vna Authorem ipsum, quem volo, respicit. Nosti quae fors eius sit, fueritue: qualem cum nemine è tota litterata vetustate an venustate aequè miseram communem habet. Ita vt haud immeritò Princeps hodie litteratorum Iaacus Casaubonus, Amicus noster, sic voueat: Vtinam linnerent nos eruditissimi viri multa in Plauto ignorare: nec tantum se in eorum expositione torquerent! Deinde subest Litor, pestis perniciosissima litterationis. Proh! quanta belua? quid magis auersum ab Apolline, ab Musis, ab Charisyn? Et verò quid magis solenne hodie? Miseret me huius saeculi. Ecce è turba Authorum Latinorum selegeram eum, cui genus meus à primis annis etatis nescio quo fato adsueuerat familiaris: illi citra cuiusquam vel ignominiam: vel prauidicium, vt ferebant tunc res meae, lucem aliquam praeferre studio habui. Nulli tunc Persarum gazas inuidebam, contentus paupertinis meis opibus. In communi circo litterario currebam cum spe victoriae. Anteuenterant multi? Quid tum? semper mihi turpe relinqui. Palmam etiam Lubens Merito cuius potius quàm mihi decreui. At vnà currentem in medio cursu reprehendit Athleta ἐμὸς ἔ. Sequor. Quidm? & ἃ ἀφ' ὧν τ' ἔκ ὀφίηται πέλαι. Si non tuli punctum

vnius: at plurium laudatissimorum ac celeberrimorum virorum: quorum elogia opponere possem aliorum iniquis dictis: si sic certandum foret suffragijs. Nec tamen contineo me, quin vnã atque alteram extra controuersiam summorum virorum honestam de qualicumque studio nostro sententiam, sed velata fronte, hic proferam. Sic igitur vir magnus è Germania ad me: In Plauto operam tuam permagni aestimo. Qui secius sentit: nã ille facit sentiendo, vt nihil sentiat. Et tamen scio obtrectatores tibi paratos. Quos tu non assis facies, & gnauiter perges benè de nobis Reque publica mereri. Natus es huic bono: & Plautus iam sexcentos est annos supra mille, cum tuam medicinam opemue praestolatur. Plæraque tu quidem (Præfiscine dixerim) limato iudicio, accurata industria, coniectura sagaci prauata restituiisti, ægra persanasti, luxata composuisti: debilia supplesti: falsa notasti. Obelus tibi & asteriscus non stilus fuit: quem ita solum vorsum in aliena cera verri numquam probaui. Tibi herbam cedo. FELICITER curre hoc stadium, & vixitor, Parata est palma: & triumphum tibi decernet Senatus Criticus.

Et alius è Belgio maximi nominis vir: Institutum tuum vehementer mihi placuit. Quid enim est, in quo homo harum litterarum potius suum otium, quàm in ipso venustatum Romanarum & leporum parente ponere aut possit, aut debeat? Neque quemquam numerus interpretum aut Criticorum, qui in eo sunt versati hæctenus, industria terrere debet. τοιῶς ἃ ὀφίηται: & in medio positum est illud præmium.

Quid plura? Non quero ambitiosam hederam noue merci. Neque in animum induxissẽm Amicorum hæcẽ voces, quas ceteroquin complusculas similes mecum seruo è Gallia, Belgio, Germania, &c. nisi sequioribus iudicjs quibusdam meam turbare maluisset industriam VVittebergica Editio nouissima: de qua quidem quid sentiant multi non è multis, nolim disquirere. Hoc ipse tibi, mi Lector, candide affirmo: supra trecenta millia locorum indidem legi: quae è mea editione expressa sunt, tantoque inclementius mecum actum: cum gratias potius meruisse debeam, quàm tralatitias illas suggillationes: quas quidem ego passim in Lexico nostro repressi, sed modestia ea vsus, quam nemo doctorum iure improbare queat: ea duntaxat jini: vt assererem illa, quae verius à me

dicta certo persuasus sum. Scio nihilominus probe, Lector beneuole, quæ parte genua labent. Et ipse mihi ero Momus seuerissimus in altera editione: quam iam me paratam habere norunt Amici. Prius verò exsoluenda sunt promissa Authologica: debinc, si fata permittent, vno volumine iungetur quicquid decimæ Musæ illustranda à me susceptum. Mendas typographicis commissas in Editione nostra primorè, necnon modo in Lexico, nequicquam excuso. Tuae erit humanitatis errori humano hanc gratiam facere: aut sane patititer aliquam moram ferre: donec radicatus inò eradicatus à me ipso euellatur ista filix. Vale

Lector quicumque, vbicumque es: nostrisque
litterarijs conatibus si potes, si
vis, Faue.



EX



EX LITTERIS MELIORIS
Goldasti ad I. Philippum Pa-
reum.

IN Pœnolo puniendi tibi erant ex interdicto albi corru-
pti, qui versus Pœnos plus quàm Punius corruperunt. V-
nus atque alter versus exemplo sit. Principum Act. V.Sc.I.
tentatum potius à magnis viris, quàm confirmatum, sic est
constituendum:

ותעלויכות ועליוכות סיון קראתי שמה קונשית
Vt thalonim valonuth syn corathi simah consith.

Vthalonim] Deos, וי particula est seruilis: ad quam fa-
ciem mox vers. 7. והבנינים Vthbinim] filium. Alonim] Pœnis Af-
ris Deus dicebatur, qui Syris Palæstinis אל siue אלים ab Ebræo
Elohim: vt Christus apud Euangelistas Eli Eli: mi Deus, mi
Deus, Hinc Sol אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ אֵלֶּהָ
apud Græcos ἑξοχισμὸς dictus. Ad
Pœnorum prononciationem propius accedit Chaldæorum
Aelaha, Æsypthorum Ala. Vnde Alagabalo Imperatori nomen:
& Arabum ac Turcorum nostrorum Alla.

Valonuth] & Deas. Compositum ex ו particula copulatiua,
quæ vt nostrum w efferri debet: ועליוכות.

Syn] Auxiliares: quo significatu etiam apud Rabbinos
accipitur. Cætera Waserus noster ad te.

Versus tertius vt deprauatissimus est, ita haud temere à
quoquam capietur. Eum hoc modo legendum censeo: atq;
adeò conscisco.

ליפר קנת את בנינותי דרא-דון כינום אותי

Lyptho caneth yth binuthi dada-din binim vthi.

Binuthi] gnatas, filias. Chaldæis בנת benath ab Ebræo בן ben,
pro quo vulgarijs בר bar dicebatur. Sed & Chaldæi בנת בנת

וּבַי דִּיכְרֵה. Sic à D. Hieronymo Bithynia exponitur filia Dei, quasi *Bimith-ia* per transpositionem.

Dadadin] fratris mei. Compositum ex אָדָד ab Ebræo אָדָד quod modò patruelem, modò fratrem, vt hoc loci, notat: & אָדָד quod idem est cum Chaldæo אָדָד pro-vocabulo possessiuo in gignendi ac dandi casu.

Binum vth] filium etiam, siue, & *Binum* אָדָד eodem pacto apud Syros quoque & Chaldæos nectitur.

Verf. 6. pro *yth chyls chon*, rescribe, *yth chyl Iachon*: quomodo & versu 9. legendum est, *Biuni yth chyl*.

Eodem pro *Aodeanu* monstro verbi, planissimè reponendum aio *Chardeanech* Charthaginensem. Quod nomen paulò integrus scribitur infra Sc. sequenti: vbi itidem similiter *Chardeanech* legendum est, & totus simul versus ita emendandus:

Hanno Muthumballe be Chardeanech: h. e. Hanno Muthumballis de Carthagine. Haano Muthumballis scil. filius. Pœnistaus est ab Hebræis acceptus. Florus lib. 2. cap. 6. *Quod Pœnum illum dixisse. Adherbalem Bomilcaris ferunt.*

Idem lib. 2. cap. 1. *Competitorem imperij Massinisse Massiuam immisso percussore confecit*: scil. nepotem. Nam sic Sall. in Iugurtha: *Massina Gulusse filius, Massanissa nepos.*

י] Præpositio est de loco. *Chardeanech*] est אָדָד אָדָד. Quam inflexionem & Plautus in Prologo expressit illo versu.

Carchedonios vocatur hæc Comœdia.

Apud Solinum legitur *Carthada*: apud Stephanum Κακκαβων, quod Iustinus lib. 18. Histor. interpretatur caput equi. Quod si verum est, illic *Kattcaba*, hinc κακκαβων legendum erit, id est אָדָד Chadcaba, vt pateat Græcanicam esse originationem. Etenim Chad esse videtur κεφαλή, caput, & Kaba, idè quod cabus, siue cauus, h. e. equus. Ergo tu Pœnis Græcis mos tribuis? in quies. Vtique: quia Migdilybes, & non iam bifulcilinguæ, sed trifulcilinguæ, quorum sermo mixtus & confusus ex Syro, Afro, & Græco: cuiusmodi hodie Anglorum est ex Germanico, Gallico & Britannico veteri confusus. Eam varietatem coloniis, & migrationibus gentium debemus. Hinc & loci à Didone coempti Βύρρα, h. e. corium fuit, merè Graium.

MAR-

MARQVARDVS FREHERVS IC.

CL. V.

I. Philippo Paræo.

Apralo calidum, sabraq, incude recentem,
 Ingenij & varia, Iuppiter! artis opus,
 Accipio PLAVTVM, nitidum non pumice multo,
 Sed radiantem auro, & vellere sericeo.
 Munus amo (quis non?) lepidum nimis atq; venustum:
 Muneris authorem sed magis intus amo.
 Pronus id affectus in nos, id cura meretur
 Commoda agens studio publica pervigili.
 Quando erit vt parili dono hunc novus editor ornem?
 Non ea vis nobis, non fauor hic Superum.
 Nec tamen Hercle nihil donanti reddere certum est:
 Commendabit amor qualiacumq; meus.
 Delphica det grandes cyathos, ab aciq; potentum:
 Talia Fortuna dona fauore beant.
 Nos transmissa iuvent chartacea mutua vates.
 Musarum an donis grandius astinium est?

SCIPIO GENTILIS. IC.

INDYPERATORVM quondam ceu Caria fertur
 Ipsa interisse copia:
 Ingeniosa ferè Criticorum turba necarat
 Trufatili PLAVTVM mola
 Pistrinoque parem. Vidit gemuitque PAREVS
 Propinqua Vatis funera:
 auxilium que tulit, quo non Pataraus Apollo
 Tulisset efficacius.
 Ite procul, dixit, tot pocula amara, tot herbæ:
 Aurasque Plautus liberas
 Purâ in luce trahat, grata que in veste nitefcat,
 Mea quam laborauit manus.

Debe-

Debemus Plauto linguamque salesque Latinos:
Plautus PAREO Spiritum.

CYNRADVS RITTERSHVSIVS IC. *Ad.*

De Plauto & Florilegio Comico
J. Philippi Parei.

Humana speculum vita Comœdia PLAVTO
Immane quantum debeat:

Quippe representanti hominum sensa intima, dictaque
Et facta congruentia.

Lingua deinde Latina, fere omnem fusa per orbem,
Est grata Plauto debitorix.

Si placeat Musis uti sermone Latino,
Plauti ore credam eas loqui.

Sed multum huic speculo decesserat ante-nitoris.
Rubigo quem infuscaverat:

Romanaque Decus lingue manus improba passim
In barbariem conuerterat.

Vt Plautus sese iam vix agnosceret ipsum,
Insulsa gens effecerat.

Non tulit hoc magnus Patrum CAMERARIUS auo:
Hic sospitator exstitit

Primus PLAVTE tuus. Certatim deinde secuta
Turma eruditorum frequens.

Præstitit, ut pauld melius mox Vmber haberet,
Politiusque esset speculum.

Vita hominum, absterfis maculis mendisque pudendis.
Sed sparsa que fuerant prius,

Obuia nec cuius festini pharmaca Plauti,
Industria admirabili.

TAVBMANVS collecta mens quasi apicula dulcis
In alucolos hac contulit.

Ipsè etiam voluit non prorsus a symbolus esse
Lucem inferens multis nouam.

Eius porro legens vestigia pressa PAREVS
Parem iam iniuit gratiam.

A PLAV-

A PLAVTO, & Plauti cultoribus, ipsaq; lingue
Commercia auxit Romula.

Plautinaeque ut opes faceret magis vsibus aptas,
Lectori ut in mundo forent,

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Depastus est dicta aurea.

Inque nouas retulit cellas. Fruere euge labore
Lector bone, Auctori & sane:

Candida quem extentum celebrabit fama per auum,
Quoad sales Plautini erunt.

In pretio, & lingue florebut scripta latina.
Hac sunt PAREI premia.

IDEM.

Βίου βερτων κριτοπτερον η κωμωδία
Πλαυτω οφειλει παλεις. ο δε Παρειω παλιν
Σωκρατον οφειλετης μεγιστος τυγχανει.
Πλαυτον Παρειος σωσε και κωμωδιαν.

CYNRADVS SCHOPPIVS *A. D.*

Ad Lectorem.

Nil legisse iuuat permulta, nisi arbiter Vfus
Obtineat solidum iure magisterium:
Quo siæ cunctus abit labor exantlatus inanis,
Perditur atque oleum turpiter, atque opera.
Hoc duce, disce libro, PLAVTI quis plurimus Vfus,
Quaque reuolendus quilibet arte liber.
Ac meritas celebri grates perfolue PAREO,
Ingénio cuius PLOTIA Pallas ouat.

BALTHASAR VENATOR. *A. D.*

Romula si turbam recrearet lingua nouenam,
Nil nisi Plautinos redderet ore sonos.

PRÆFAT. AD LECTOR.

At nunc reuera quod non nisi Comica gustant
Multa, damus loto, docte PAREE, tua,
Nam cum Barbarica his quondam sociasset Arachne
Virosam illuicem non sine fraude fauis.
Iudicij virtute tui, notha quæq; remosti
E medio, exornans quæ genuina magis.
Nunc quoque non cessas Latio bene velle Lepori,
Et calathos factos sufficis ecce rosis.
Fallor? an vt Pindi Plautino affamine Diuas
Vti, quod nuper vix cupiere, lacis.
Sic nunc, quæ nudo finguntur poplite, nudis
Et quæ dicuntur ludere brachiolis,
Orchomeni Diuas Plautino è flore docebis
Dapsile velle sibi conduplicare peplum,
In quo si texet tibi nomen dadala Pallas,
Quod legat abrupto termate posteritas:
An te peniteat, pigeatue, PAREE, laboris?
Quem dederas Musis, quem dederas Charisim.





LEXICON PLAV- TINVM,



Et ab eleganter inducunt vim patrii casus iuncta aufertur de possessione & familia. Vt: *Credo te esse ab illo: h. e. seruū eius* Curc. 3. vers. 82. *Nuncius ab illo: h. e. eius* Bacch. 2. 2. vers. 19. & 3. 5. v. 3. *Nuncius à me.* Men. 5. 1. vers. 11. *À nobis.* Sic *Foris conrepsit à sene.* Mil. 1. 1. v. 76. & Mil. 2. 2. vers. 5. *À militis:* hoc est, ex familiarib. militis. & Mil. 2. 3. vers. 68. *À nobis.* Pseud. 1. 2. vers. 69. *qui amant à lenone:* hoc est puellæ ex lenonis domo & Pseud. 2. 3. vers. 24. *À me* ex ædibus meis. & Pseud. 2. 4. v. 45. Item *Pœn. 5. 2. vers. 132 À mat à lenone hic.* & *Mercat. 4. 2. vers. 8. À nobis.* Talia sunt: *Ter. Ab Andria est:* hoc est, ancilla Andriæ. *Lucret. Fulgor ab auro:* Ceres ab Iaccho. Cicero in Epist. Reus à Milone Nempe præpositio iuncta ablatiuo habet vim periphrastricam genitiui. Vide etiam Indicem Gifanii in Lucret.

À vel *Ab* Plauto sæpe significat: *quantum attinet.* Curc. 1. 1. vers. 51. *Eipd. 1. 1. vers. 26. À morbo valui:* ab animo exersui.

À de loco notat. *À matre Senio.* Mil. 4. 7. v. 16. & 4. 8. v. 3.

À me: pro me notat, sicut *Abste:*

Contra te. Rud. 4. 4. vers. 56. *Afin.* 1. 3. v. 71. *Capt. 2. 2. vers. 83. Trin. 2. 1. v. 12.*

À pro e vel de Amph. 2. 2. vers. 219. & 3. 3. v. 12. *Pœn. 4. 2. v. 166.*

À post Curc. 1. 1. vers. 73. *Stich. 4. 1. vers. 62.*

À: pro ex. per, mea culpa. Curc. 1. 1. v. 51. *Cist. 4. 1. v. 6.*

À valet de loco. *À Giro.* Merc. 4. 1. v. 1.

À. pro quoad, quantum ad *Male Galere à pecunia.* Aul. 2. 2. v. 9.

À fundamento. Rud. 2. 6. v. 55.

À malo facere peculium. Eleganti forma & latina. *Most. 4. 1. vers. 6.* Sic Apuleius Miles. libr. 9. *Nisi nos putatis es de malo habere.*

Quid 5. *Fastorum*

Sed iam de Setio quisque parabat opes.

À me. à domo mea: à cella herimei in loco *Stich. 5. 1. v. 7.*

À minimo ad maximum. Pseud. 3. 1. v. 10.

À pauxillo puero. *Stich. 2. 1. versicul. 22.*

À primo. initio, principio, *Most. 3. 2. v. 142.*

À principio. Men. prol. vers. 1. Pseud. 4. 2. v. 14. *Caf. prol. vers. 4. Capt. 3. 4. v. 91.*

À puero. *Capt. 3. 5. v. 62. & 3. 4. v. 112. & 5. 3. v. 14.*

À puero parvulo. Merc. Prol. vers. 90.

Apuro usque. Capt. 3. 4. versicul. 12.
A saculo ad saculum. Mil. 4. 2. vers. 87.
A summo. vide litt. S. *Summum.* & litt. C. *Circumfetre.*
Ab pro à sequenti vocali. Epid. 2. 2. v. 69.
Ab adolescentia. Bacch. Grex. v. 1.
Ab pro ante. Cist. 4. 1. vers. 7. *Ab ostio iacentem* sustuli.
Ab eleganter sequente consona loco a usurpatur. *Ab Danista.* Epid. 1. 1. v. 51. & 2. 2. v. 9. Most. Arg. ver. 11. & sæpè alias.
Ab sæpe notat totam priuationem totius substantiæ domus & familiæ. Merc. Prol. versic. 55.
Ab hinc biennium. Bacch. 3. 2. versicul. 4.
Ab re: frustra, contra honestum. Capt. 2. 2. vers. 88. Trin. 4. 4. v. 22. Truc. 2. 6. v. 40.
Ab domo. Aul. 1. 2. v. 27.
Ab pro A sequenti vocali. Bacch. 2. 2. v. 10.
Ab. notat principium. *Ab De'phio:* initio facto ad Delphium. Most. 1. 4. v. 33.
Ab alieno cohibere manus. Trin. 4. 3. v. 12.
Ab: post. Pœn. 3. 3. v. 4.
Ab pro ex, de. Abire ab oculis. Caf. 2. 4. v. 23.
Ab ineunte adolescentia. Trin. 2. 2. vers. 21.
Ab iuuentute: a teneris. Pœn. 5. 3. v. 10. quamquam etiam de iuuenibus intelligas.
Ab infimo. Most. 3. 2. v. 143.
Ab ingenio timidus. Merc. 5. 4. vers. Truc. 4. 3. v. 59.
Ab ostio: ad ostium. Merc. 2. 4. versic. 9.

Ab se: sponte sua, spontaneus. Glossæ Isidor. *Don sich selber.* Men. 1. 2. v. 66. Rud. 2. 4. versic. 21. Trucul. 4. 3. versicul. 78.
Ab summo: à summa parte. A. sin. 5. 2. versic. 42. *Ab infimo* ibidem.
Abs re; est in damno. A. sin. 1. 3. versic. 71. Capt. 2. 2. versicul. 88. Terent. Adolph. *At enim meturus; ne ab re, sint tamen omissores.* Contrarium est *E re.* A. sin. 3. 1. versicul. 35. Capt. 2. 2. versicul. 46.
Abs se afferre quid. hoc est, è suo promicando. Aul. 2. 5. versicul. 15.
Abs terra ad cælum. Trin. 4. 2. versic. 105.
Ab usque mane ad vesp. Amph. 1. 1. v. 96.
Ab usque te esset. Perelegans formula: *Nisi tu esses.* Men. 5. v. 33. Bacch. 3. 3. v. 8. Sic Ter. Phorm. 1. 4. *Ab usque te esset.* recte ego mihi vidissem. Capt. 3. 5. v. 96. Trin. 4. 1. v. 13. & 5. 2. v. 3.
Ab alienare est quavis ratione auertere. *Entwenden.* A. sin. 4. 1. v. 20.
Abdere se ex conspectu. Pseud. 4. 7. vers. 5.
Abditiuus; separatus & seiunctus Pœn. Prol. v. 65.
Abdomen pinguior pars in ventre marium quadrupedium. Curc. 2. 3. versic. 44. vt *sumen in te melis.*
Abduce *αποχαινω.* Curc. 5. 3. vers. 15. Bacch. 4. 9. v. 108. Rud. 3. 4. v. 69. Truc. 4. 3. v. 73.
Abducere pro *Obducere* est aliquem contra ducere, qui alteri aduersetur; fumum sc. h. e. dolorem æmuli

mul, seu competitionis sui oculis conciliaturus. A. sin. 1. 1. vers. 73. Most. 3. 3. vers. 170. Rud. 4. 4. vers. 3. Ouid. in Heroid. *Ante meos oculos adducitur aduersa pellex.* Cicer. Attic. 1. *Vt mihi videatur non esse adδ. ατου Curium adducere.* Vide etiam *Obducere.*
Abducere. verbum iudiciorum. A. sin. 5. 2. vers. 87. Merc. 3. 4. vers. 31. Pœn. 3. 4. v. 10.
Abducere à. Pseud. 4. 7. v. 97.
Abducere: interdum est ducere in locum. Most. 3. 2. vers. 7. Pseud. 4. 6. vers. 97. Terent. Eun. *Ilia illi co ubi me accepit. lata ad se abducit domum.* Et Adolph. *Ad me abducta est domum.* Cicero. *Abduxi exercitum ad infestissimam Cilicia partem.*
Abducere intro. Epid. 3. 3. v. 17. Bacch. 5. 2. v. 58.
Abduxit: abduxerit. Merc. 4. 4. v. 59. vbi tamen Mss. *abducit.* Et recte.
Aberrare inter homines. Men. Prol. v. 31.
Abesse: pro *deesse.* Epid. 1. 1. v. 25. Falla igitur Grammaticorum ratio, qui dicunt, *Deesse* de eo usurpari, quod requiritur: *Abesse* de eo quod non requiritur.
Abesse ab domo. Epid. 5. 2. v. 16.
Abesse prope. Aul. 2. 3. v. 8.
Abhibere, & Abstinerere. Trin. 2. 1. v. 30. *Probul abhibere,* Sall. Hist. *Causas inuidia procul habere.*
Abhorret absolute. Cist. 1. 1. v. 56.
Abiegnas fors. Caf. 2. 6. v. 32.
Abies: de tabellis abiegnis. Perf. 2. 2. v. 66.
Abi. exultantis est. Trucul. 2. 1. versic. 12. Terent. Adolph. 5. 1.

Abi: virum te iudico. Vbi Donatus: *Abi Verbum est vel sibi vel alteri cum laudatione blandientis. nam sic dicitur, qui iam compotes sunt votorum omnium, perfectique in rebus vniuersis.*
Abi Abi. Truc. 5. 1. versic. 44. Fastidiosè alios a se emolientes sic dicebant: *Il modò. Abz, Abi,* Pœn. 1. 3. vers. 20. Trin. 2. 4. vers. 182. Stich. 3. 2. vers. 23. Nævius: *Abi, abi, deturbate saxo, homo non quisquilia.* Vbi *Quisquilia:* singulariter effertur. Cæcilius: *Quisquiliæ volantes, & vni spolia memores: il modo.*
Ab: *απαλαει.* *Ab ingenio improbus.* Truc. 4. 3. v. 59.
Abi. Formula hortantis. Most. 5. 1. v. 32.
Abi. execrantis & reiicientis form. Mil. 2. 3. v. 20.
Abi modo. Pœn. 1. 3. vers. 20. 21. vide à modo.
Abi ab oculis. *Sehe mir auf dem Gesicht.* Trin. 4. 2. v. 147. Truc. 2. 5. v. 24.
Abi dicectus: execrandi formulâ. In cruce ad corvoso. Pœn. 1. 1. v. 32.
Abigere ab. Men. 1. 2. v. 18.
Abin. Abisne? Bacch. 5. 2. vers. 57.
Abire: pro *esse.* Most. 4. 1. v. 15. Pseud. 5. 1. v. 7.
Abire domo. Epid. 1. 1. v. 44.
Abire: & *abiuo:* mori, mors. Stich. 4. 2. vers. 52. vide Festum. & Caf. Prol. v. 19.
Abire ambigue: pro *abire è seruitute.* Amph. 2. 2. vers. 227.
Abire ab aliquo. Curc. 2. 3. vers. 70. Epid. 1. 1. v. 72. Bacch. 4. 9. vers. 107. Most. 3. 2. v. 33.
A 2 / Abire

Abire ad aliquem. Mil. 2. 6. vers. 11. Nisi forte Rittershusii nostri coniectura melior, qui *adit* legendum censet. vide etiam Amph. 2. 2. v. 59. Pœn. 5. 3. v. 29.

Abire intro. Epid. 5. 2. v. 48. Pseud. 1. 2. v. 35.

Abitare. Rud. 3. 4. v. 71.

Abit dies. vide litt. D.

Abitio. Rud. 2. 6. v. 19.

Abitum. impersonaliter. Cist. 1. 1. v. 35.

Abiudicare est separare, metaphora ducta à iudicium sententiis, qui reos a vita abiudicat. Afîn. 3. 3. vers. 17.

Abiudicare à se. Rud. 5. 1. v. 3.

Abiudicare ab. Rud. 4. 3. versic. 100.

Abiurare, est rem creditam perurio negare. Inde *abiuratio*. est rei creditæ abnegatio. Curc. 4. 2. v. 10. Rud. Prol. v. 14. Perf. 4. 3. v. 9.

Ablatiuus in E & I Fusti. Afîn. 2. 4. v. 21.

Ablatiuus absolute positus reperitur apud Plautum eleganter. Bacch. 5. 2. v. 1. *Sonitu ac tumultu tanto.* hoc est, dum tantus est sonitus ac tumultus.

Ablecta ades. ἄβληκτα, quæ pro delictis habentur. Sic *Ablegere* est ἀβλήγειν. *Ablegmina* erant partes quæ Diis porriciebantur, propterea dictæ: *proscitia*, & *prosecta*, tanquam separata quædam à reliqua visceratione, notante Scalligero ad Festum. Most. 3. 3. v. 3

Ablegare à se. Mil. 3. 2. v. 55.

Ablegere. Vide *Ablecta ades*.

Abnuere: nutu negare. Capt. 3. 1. v. 1. Truc. Prol. v. 6.

Abnutare: pro *abnuere*, Fest. Capt. 3. 4. v. 79.

Abomino ἀβωμίαιος. Trin. 3. 2. v. 82.

Abortio. Truc. 1. 2. v. 98.

Abripere se. Mil. 2. 2. v. 21.

Abripere se foras. Curc. 8. 1. v. 8.

Abripere nasum. Men. 1. 3. v. 12.

Abrogare fidem. Trin. 4. 3. v. 41.

Abscedesse. Pœn. 1. 2. v. 162.

Abscedere ab. Most. 2. 2. v. 29. 36. 79. & Most. 1. 1. vers. 7. 8.

Abscedere: Amph. Sc. Tun' me. vers. 19. Aul. 1. 1. vers. 16. Caf. 3. 5. v. 5. & 4. 4. vers. 13. Capt. 2. 3. vers. 74. Epid. 2. 2. vers. 53. Merc. 1. 2. v. 29. & 2. 3. vers. 55. Most. 3. 2. vers. 173. Mil. 2. 2. vers. 45. & 2. 6. vers. 103. Pœn. 1. 2. vers. 151. & 3. 6. vers. 4. 6. 10 & 5. 4. vers. 71. Rud. Prol. vers. 66. & 4. 4. vers. 141. Perf. 4. 2. vers. 6. & 4. 7. vers. 17. Trin. 3. 1. vers. 24. & 3. 2. vers. 84. & 3. 3. vers. 17. *Dos abscedit.* & 4. 4. v. 31.

Abscedere aliquo pro *ab aliquo.* Epid. 2. 2. v. 101.

Absenti pro absente. ἀβσεντίας. Men. 3. 2. v. 27.

Absentes pro mortuis. Caf. Prol. vers. 20.

Absistere ab aliquo. Truc. 2. 6. vers. 32.

Absolvere aliquem, pro *expedire, abfertigen.* Curc. 3. 2. vers. 84. Most. 3. 1. vers. 115. & 3. 2. vers. 156. Terent. Adolph. Ibo ad forum, & hunc absolnam: Vbi Donatus: *Ve hunc reddito illi pretio, dimittam.* Est ergo *Absolnam* pro *à me solnam*.

Absolvere aliquem aliquid. Men. 5. 2. v. 30.

Absolvere verbo. Rud. 3. 2. v. 39.

Absolvere aliquem. satisfacere alicui. Epid. 5. 1. versic. 24. Pseud. 4. 7. v. 130.

Absolvere aliquem brevis: est paucis mora-

morari. Epid. 3. 4. v. 34.

Absolui pro *dimitti* cum satisfactione. Aul. 3. 5. v. 43.

Absorbere Suius acerrime ac astuose meretricium est. Bacch. 3. 1. v. 5. & 3. 3. v. 67.

Absstare propius. Epid. 5. 2. vers. 9. Sic *procul astare.* Most. 3. 1. v. 132.

Abssterrere. depellere. arcere, abigere. Most. 2. 1. vers. 73. Truc. 2. 1. vers. 41. Vide etiam Indicem

• *Gifan.* Lucret. Eodem modo *versurpabant.* *Prosterrere.* Ter. Heaut. 3. 1. *Prosterruisti hinc meretricis.*

ABSTERGERE in secunda coniugatione. Afîn. 4. 1. versicul. 52. Lucret. lib. iv. vers. *Absbergeres sibi, atque alio conuertere mentem.* A. libi sapius apud Carum.

Absstine me aliqua re Amph. 3. 2. v. 45.

Absstinere aliquem. Rud. 2. 4. versic. 11.

Absstinere manu, est *ab aliquo abesse*, non accedere ad aliquem. Most. 1. 3. vers. 133. *contrarium est.* *Adire manum.* vide suo loco.

Absstinere sermonem de aliqua re. Most. 4. 2. v. 17.

Absstinere aliquid facere. Men. 1. 2. v. 55.

Absstinere se. Syntaxis insolens. Mil. 3. 1. v. 48. Curc. 1. 1. v. 37. Caf. 1. 1. v. 13.

Absstinere culpam. Men. 5. 6. versic. 20.

Absstinere culpa. Men. 5. 2. v. 18.

ABSTRACTA SÆPE PONUNTUR pro concretis, vide etiam *Periphrasis*.

Cœnum: pro cœnoso, lutulento. Pseud. 5. 3. v. 131.

Commoditas pro homine commodo. Epid. 5. 1. v. 8.

Flagitium hominis. Caf. 2. 1. v. 8. Men. 5. 1. v. 9.

Fraus populi: Pseud. 1. 3. versic. 130.

Frustratio: pro eo qui frustra habetur. *Lutum:* pro lutulento. Most. 5. 2. v. 30. 45.

Dammum: damnosum scortum Mil. 3. 1. v. 48.

Larus pro Laruato. Caf. 3. 4. versic. 2.

Mendicabula hominum. Aul. 4. 8. vers. 3.

Novi pietatem tuam. Caf. 2. 6. versic. 31.

Odiu: odiosus homo. Truc. 2. 2. v. 65.

Peditatus: pedites. Mil. 1. 1. versic. 54.

Pernicies: pro pernicioso. Most. 1. 1. vers. 3. Pseud. 1. 3. versicul. 129.

Piscatus pro piscib. Most. 1. 1. v. 64. 8. & 3. 2. v. 42.

Scelus pro scelesto. Bacch. 5. 1. vers. 9. & 5. 2. vers. 57. Mil. 5. 1. versic. 41. Pseud. 5. 2. v. 10.

Scelus Sæ. Truc. 2. 7. v. 59. Curc. 5. 2. vers. 16.

Absstrudere: est occultare. Aul. Arg. 1. vers. 6. Arg. 2. vers. 9 & 3. 6. vers. 4. 6. & 4. 5. vers. 3. & 4. 6. v. 7. Merc. 1. 2. v. 78.

In absstruso sito est merx. Pœn. 1. 2. vers. 129.

Absstrudere in aliqua re. Rud. 4. 3. vers. 68.

Abssumedo: fictu ab *abssumendo.* Capt. 4. 3. v. 4.

Abssumi. Epid. 1. 1. vers. 76. Most. 2. 1. v. 18. pro *perire.* Ibidem Arg. v. 2. *Abssumere rem suam,* & Most. 5. v. 19. *Abssumere argentum*

Absurde facere. Epid. 3. 1. versicul. 6.
Absynthium. Trin. 4. 2. v. 90.
Abundare letitia, & voluptatibus: eleganter dictum. Stich. 2. 2. vers. 5. Turpilius: *Satine ut meum cor Solutatibus abundat*. Idem: *Suauiate mira abundat.*
Abusa est sapientiam tuam. Pœn. 5. 4. v. 27.
Abuti est vtrendo consumere *W*nützlich verbrauchen. Afin. 1. 3. versicul. 44. *roprissime*, inquit Donat. *hoc verbo Plautus Stritur*, sc. in vino, unguentis, pigmentis. Sic Terent. Prol. And. *Operam abuti dixit pro, consume-re.*
Abuti cum accusandi casu: Abuti aurum. consumere Bacch. 2. 3. vers. 126. Hoc enim proprie est *Abuti* apud Iurisconsultos. Perf. 2. 3. v. 10. *Abuti rem patriam.* Trin. 3. 2. v. 56.
Accedere in venditione dicitur, quod venditioni adiicitur præterid, quod principaliter venit. Epid. 3. 4. vers. 42. Vnde *Accessiones* apud Iurisconsultos, vide Lexicon Iuridicum I. Caluini.
Accedere periculum, audaciam. hoc est, audacter facinus aliquod adgrediar. Epid. 4. 2. v. 46.
Accedere ad. Mil. 2. 6. v. 14.
Accepti ratio. Truc. 4. 2. v. 36.
Accepti & expensi ratio. Most. 1. 3. v. 145.
Accepto: as. Pseud. 2. 2. versicul. 32.
Accceptor: approbator. Trin. 1. 2. v. 167.
Acceptrix, & acceptra. Truc. 2. 7. vers. 18. Vt *Senex seneca. Phalanx, phalanga, Chœnix, chœnica.*
Acceptum est, pro, certum & com-

pertum est. Most. 1. 3. v. 67.
Accersit: pro accersuerit. Men. 5. 2. vers. 13.
Accersitus. Stich. 2. 3. v. 2.
Accepta meretricia. Truc. 1. 1. vers. 54.
Accessio. Truc. 2. 2. v. 3.
Accessioni concilium. Trin. 3. 2. vers. 83.
Accibo. Mil. 3. 5. vers. 61. Vbi tamen Acidalius *acciebo* versus causâ ex veteribus libb.
Accidere ad terram. Pœn. 2. 1. vers. 38. 39.
Accidit, pro euenit, efficitur. Amph. 1. 3. v. 52.
Accidit aures sonitus: ad aures. Stich. 1. 2. v. 31.
Accipe: verberantis est aut alias iniuria aliqua lædentis. Amph. Sc. Tun me v. 10.
Accipere ex aliquo aliquid. Afin. 4. 1. v. 20.
Accipere: acriter obiurgare. Men. 5. 1. vers. 7.
Accipere pro suscipere. Most. 5. 2. vers. 23. *Accipito ad te hanc littem.*
Accipere benignis auribus: Pro Audire. Amph. 5. 1. v. 35. Men. Prol. v. 4.
Accipere: intelligere. Caf. 2. 2. vers. 18.
Accipere mancipio. Trin. 2. 4. v. 19.
Accipere & accipi: pro tractari in conuiuio, excipere conuiuio. Aul. 4. 4. v. 3. Most. 1. 4. v. 7. Cist. 1. 1. v. 12. Mil. 3. 1. v. 141. Men. 5. 2. v. 44. Rud. 3. 5. v. 21. Perf. 1. 1. v. 32.
Accipere bene. Perf. 5. 1. v. 6. Bach. 1. 1. v. 69. *Magnifice.* Pseud. 1. 2. vers. 34.
Lepide: Pseud. 4. 1. v. 36. 19. 40. Nitide. Cist. 1. 1. v. 12. *Hospitio accipere.* Rud. 2. 4. v. 4.
Accipi conuiuio. Bacch. 5. 2. v. 63. *Fesime: Pseud 5. 1. vers. 9. Lepide.* Stich.

Stich. 5. 4. v. 3. 22. Bone ac commode: Caf. 5. 1. v. 1. Hilare & ampliter. Merc. Prol. vers. 99 *Accipi sua pecunia. Umb sem Gelt.* Truc. 3. 2. v. 30.
Accipi inter: haberi. Stich. 3. 2. vers. 38.
Accipiter pecuniarum. Perf. 3. 3. vers. 5.
Accolere adibus. Bacch. 2. 1. vers. 4.
Accommodare clypeum ad dorsum. Trin. 3. 2. v. 93.
Accommodare: vtendum dare. Afin. 2. 4. v. 39.
Accredere: pro credere. Afin. 3. 3. v. 37.
Accongerere dona. Truc. 1. 2. vers. 17.
Accrednas ἀρχαίως pro accredas. Afin. 5. 2. v. 4.
Accubare. tricliniare verbum. Afin. 5. 1. vers. 3. Bacch. 1. 1. vers. 48. & 1. 2. vers. 33. & 4. 9. vers. 14. & 7. 8. vers. 10. Most. 1. 4. vers. 27. & 1. 3. vers. 150. & 2. 1. vers. 21. Pseud. 4. 4. vers. 2. & 5. 1. vers. 25. Stich. 4. 1. vers. 63. & 4. 2. vers. 38. 39. Trin. 2. 4. v. 72. *Regie accubare.* Stich. 2. 3. vers. 52.
Accubare: de canibus hero accumbentibus. Mil. 2. 2. v. 57.
Accubare: translatè ad vincula transfertur. Curc. 5. 3. v. 13.
Accubare: de concubitu. Bacch. 1. 1. v. 39.
Accubare: pro sedere, esse. Bacch. 3. 3. v. 50. *In Lupanari accubant.*
Accubium tre. Men. 1. 4. v. 7. & 2. 3. v. 16. Pseud. 3. 2. v. 101.
Accubuo, fiste ad imitationem Assiduo, Truc. 2. 4. v. 68.
Accumbere quid proprie fit, disce ex Philosophia Plautino Tit. Conuiuiorum Triclinii. Most. 1. 3. vers. 149. & 1. 4. vers. 13.

Perf. 5. 1. v. 15. & 5. 2. vers. 14. Stich. 3. 2. v. 32. & 5. 1. v. 8. & 5. 4. v. 14. 15. & 5. 5. v. 9. 11. Truc. 2. 5. v. 26.
Accumbere in summo lecto. Stich. 3. 2. v. 32. vide Philof. Pl.
Accumbere scortum, pro ad, vel scortio. Bacch. 5. 2. v. 70. Men. 3. 2. v. 11. & 5. 9. v. 82.
Accurare: Caf. 2. 6. v. 69. & 3. 3. vers. 25. Men. 3. 3. vers. 15. & 5. 2. vers. 107. Most. 2. 1. vers. 7. Pœn. 1. 2. v. 44. & 3. 3. v. 55. Perf. 3. 1. vers. 65. & 4. 3. v. 54. Mil. 2. 2. vers. 10.
Accurare rem. Perf. 4. 1. vers. 13. *sobrie & frugaliter.*
Accurare: effectum dare. Men. 1. 3. v. 24.
Accurare: accurate operam dare. Trin. 1. 2. v. 41.
Accurare: administrare. Bacch. 5. 2. v. 33.
Accurare rem sobrie & frugaliter. Epid. 4. 1. v. 39.
Accurare prandium. Men. 1. 3. vers. 25.
Accurare hospites, hoc est, operam dare, vt hospites curate accipiantur. Epid. 5. 1. vers. 55.
Accurassis. Pseud. 4. 1. vers. 29.
Accurata malitia. Truc. 2. 5. vers. 20.
Accurate & astute exequi dolū. Truc. 2. 5. v. 10.
Accurato opus. Mil. 3. 1. vers. 209.
Accuratiū habere pro accurare. Bacch. 3. 6. v. 21.
Accusandi casus pro nominandi. vide ἀνίστασθαι.
Accusare aliquem aliquid. Trin. 1. 2. v. 59.
Accusatus saepe omiffus, vide Agere & verba actina.
Accusitare. Most. 3. 2. vers. 23.
Acerbum: malum. Rud. 1. 3. v. 2.
Acerbum, molestum. Epid. 5. 2. v. 52.

Acerbus: pro crudo & immaturo
 Amph. i. i. vers. 35. *Acerba* fune-
 ra. Af. i. 3. vers. 3. sed acerba vir-
 go est *αἰψος*, nondum maturo
 viro.
Acerime, vehementer asserentis
 & concedentis. Pseud. i. 3. vers.
 129.
Aceruum comedere. vt mures. Caf. i. i.
 v. 38.
Acetum pro sapientia & acrimo-
 niæ iudicii. Bacch. 3. 3. vers. i. *Ace-
 tum peracere est in pectore*. vide
 PROVERBIA
Acet imprandere Rud. 4. 2. v. 32.
Acetum acerbum. Truc. i. 2. v. 76.
Acherontis ostium: pro inferno. Trin.
 2. 4. vers. 124. *Acheruns* namque
 est fluvius est: sæpe inferos ip-
 sos non fluvium notat. Tur-
 neb. li. 5. cap. 7. & li. 19. c. 24. quæ
 loca te inspicere iubeo, im-
 mō volo. vide etiam litt. O. O-
 stium *Acher*.
Acheruntii. Aduerbialiter: vt *Car-
 thagini*. Merc. 2. 3. versicul. 21.
 Pœn. i. 3. v. 22. Truc. 4. 2. vers. 36.
 Capt. 5. 4. v. 1.
Acherunticus senex. Merc. 2. 2. vers. 19.
 Mil. 3. i. v. 32.
Acheruns. receptaculum mortuo-
 rum. Amph. 5. i. v. 26. Pœn. i. 2. v.
 131
Acheruns. de seruo v. mitriba. Caf. 2.
 8. v. 12
Acheruns Sclorum. μετὰ Φοεακῶς.
 Amph. 4. 2. v. 9
Acheruntis gloria. de iis quorum in
 tergo crebræ virgæ moriuntur,
 aut de ipsis mortuis. Capt. 3. 5.
 v. 31.
Acherontis pabulum. de homine ma-
 litioso. Caf. 2. i. v. 12
Acheruntem. Aduerbialiter. Most. 2.
 2. v. 67. Nam & in expungi debet

suafu omnium. Mfl. codicum.
Acheruntem & *venire*. Pœn. 4. 2. v. 9.
Acheruntica regiones colere. hoc est,
 mortuum esse. Bacch. 2. 2. v. 21.
Achilles. Pelides. Bacch. 4. 9. v. 5
Achilles. de omnium Græcorū pul-
 cerrimo & fortissimō. Mil. i. i.
 v. 61
Achilles. de glorioso milite. Mil. 4.
 2. v. 69
Achilles Thetidis prognatus. Epid. i. i.
 v. 33.
Achilles Aristarchi. Tragedia ab
 Ennio Latine vers. Pœn. Prolog.
 ver. i
Achillis. pro *Achillis*. Bacch. 4. 9. v. 14.
Achillis arma. Epid. i. i. v. 32.
Achini Græci Troiani. Bacch. 4. 9.
 v. 12.
Acidissimum acetum. Pseud. 2. 4. v. 49
Acie orationis conferre. ἀκτιοποιεῖν
 pro colloqui. Epid. 4. i. v. 20
Acie oculorum præstringere. Mer. 5.
 3. v. 7
Acies ambigue & eleganter positū
 pro acie oculorum, & acie hosti-
 um. Mil. i. i. v. 4
Acies fallaciarum. Mil. 4. 2. v. 37.
Acies gladiatorum. Truc. 2. 6. v. 11.
Acris fugitor. Trin. 3. 2. v. 97
Acta: nauis. Rud. i. 2. v. 8.
Actor. Bacch. 2. 2. v. 35.
Actum est de collo meo. Trin. 2. 4. vers.
 194.
Actum est, ilicet. Cist. 4. 2. v. 17.
Actum est. Pseud. i. i. vers. 83. Stich. 5.
 5. v. 10.
Actum est de. Pseud. 4. 7. v. 120.
Actum est haud male. Pseud. 4. 6. v. 16
Actutum: Dichio tota Comica.
 Amph. i. i. v. 204. & i. 2. v. 14. & i.
 3. v. 32. & 2. 3. v. 80. Curo. 5. 3. v. 49.
 Capt. 3. 5. v. 75. Bacch. 4. i. v. 6. & 4.
 7. v. 1. & 5. 2. v. 85. & 5. i. v. 29. Most.
 i. i. v. 16. 67. 68. & 3. i. v. 68. Mil. v.
 68. &

68. & 4. i. v. 32. & 4. 4. v. 59. Pseud.
 i. 2. v. 53. & i. 5. v. 148. & 4. 2. vers. 37.
 Merc. 2. 3. v. 38. 55. Pœn. i. 2. v. 133.
 & 3. 5. v. 39. Perf. 4. 4. vers. 105. & 5.
 i. vers. 13. Stich. i. 2. v. 97. Trin. 3. 3.
 v. 31. 39. & 4. 4. v. 16. & 4. 2. vers. 141.
 Truc. i. 2. v. 105. & 2. i. v. 9. & 2. 2.
 v. 12.
Acutangere rem. Rud. 5. 2. v. 19.
Aculeatim pro periculo. Bacch. i. i.
 v. 29.
Acum querere. Prou. Men. 2. i. vers. 13.
Aculus pungit pectus. Trin. 4. 2. v. 158
Ad: elegantissime comparisonem
 notat. Mil. 4. i. v. 21. Capt. 2. 2. v.
 25. Nam ad sapientiam huius ille
 nimius nugator fuit. Trin. 3. 2. v. 97
*ad summos bellatores avrem fugito-
 rem fore credo*. Terent. At nihil ad
 nostram hanc. Cicero lib. 2. de O-
 ratore: Nihil ad Persum. Idē pro
 Deiotaro: Nihil ad hunc equitatu-
 m. Aufonius in Professoribus
 de Staphylio:
Grammaticæ ad Scaurum. atq; Pro-
 bum promississime Rhetor.
 Idem de Nepotiano:
 Et disputatio ad Cleanthen
 Stoicum.
 Idem in dedicatione operis ad
 Syagrium:
 — quo gloria nostra subiret
 Æmilium ad Scaurum, Berytiumq;
 Probum.
Ad pro ante. Pseud. i. 5. vers. 116. ad ves-
 sperum. Sallust. Nam qua ad hoc
 tempus Iugurthæ turata sunt. Hor.
 Lento Samnites ad lumina pri-
 ma duello.
Ad pro apud. Capt. Prol. v. 49. Caf. 2.
 2. v. 21. Pseud. 4. 7. v. 136. Most. 2.
 i. v. 5. Most. 3. 2. v. 82. Men. 4. 2. v. 18
 Capt. 2. 3. v. 98. & 3. 5. vers. 41. Rud.
 Prol. v. 18. Cic. Att. lib. 10. Com-
 modum ad te dederā litteras deplu-

ribus rebus: cum ad me bene mane
 Dionysius fuit. Plin. Epist. Ego quo-
 que ad me habeo decretū prouincia.
Ad habet vim *αὐθιχῶν*. Adpotus.
 Amph. i. i. v. 126. Sic Cicer. Adno-
 uitius, admodestior, adprimus, ad-
 probus.
Ad παρῆλαψ Amph. i. 2. v. 4.
Ad pro in, vel apud Most. 3. 2. v. 162
Ad pro circiter in æstimatione pre-
 tii. Ad quadraginta minas. Ben. Die.
 & c. Epid. 2. 2. v. 112
Ad valet. de Atul. 3. 5. vers. 23. Symma-
 chus lib. 4. Epist. 56. Postquam Sos
 ad virtutem verba fecisset.
Ad me. ad domum meam. Ad nos.
 Epid. i. i. v. 64. Most. i. 4. v. 1. 5. Mil-
 les. 5. i. v. 12. Menach. Expetit Si à
 me ad sese irem. Cic. pro Milone:
 Aricia rediens diuertit Clodius ad se
 in Albanum, h. e. in villam suam.
 Idem. Tecum apud te fuit. h. e. in do-
 mo tua. Sic. i. Reg. 10. Ascend. ad
 Deum. h. e. ad Deifanum.
Ad Acherontem. Trin. 2. 4. v. 93
Ad Dorsum clypeum accommodare.
 Trin. 3. 2. v. 93
Ad frugem applicare animam. Trin. 2.
 i. v. 34
Ad id, & *quedum*. Notanda particu-
 larum elegantia. Most. i. 2. v. 53.
 Liuius, Prefatione libri primi
 dixit: Tantis per certe dum.
Ad incita redigere. vid. litt. I. incita.
Ad pro ob. Caf. 2. 3. v. 19.
Ad postremum. Elegans forma. Aul.
 3. 5. v. 52. Pœn. 4. 2. v. 22
Ad prandium adducere. Pœn. 5. 5. v. 3
Ad pro vsq; ad Most. 3. i. v. 51.
Ad meridiem. Men. 5. 7. v. 33.
Ad valet pro Aul. 3. 2. v. 15
Ad aliquem visere. Capt. i. 2. v. 17
Ad Sos: domum vestram. Stich. 5. 5.
 v. 34
Adæque: absolute. Caf. 5. i. v. 3

Adaque atque. Capt. 5. 4. v. 3.
Adaque ut. Cist. 1. 1. v. 57.
Adaque: pro, *magis.* Most. 1. 1. v. 29.
Adaque: cum comparatiuo. Capt. 4. 2. vers. 48. *Adaque fortunatio. aq. melius.*
Adagium. Amph. Sc. *Di nostr.* vers. sic. 40.
Adaxint, adegerint. Aul. 1. 1. v. 11. vide Festum Pompeium.
Adbibere sermonem; tralatiua forma & nostro usitata. Mil. 3. 3. ver. 10. Sic Af. 3. 3. vers. *Deuorare dicta.* Most. 5. 1. v. Gustare sermonem. Stich. 2. 3. v. 57. Ac sapit Graecismum.
Adbitere, aduentare *απεικασ.* Cap. 3. 4. vers. 72. vide etiam *Bitere & Perbitere.*
Addecer. Amph. 3. 4. vers. 21. Caf. 2. 2. vers. 26. Bacch. 1. 2. vers. 20. Pseu. 1. 5. vers. 156. Most. 4. 2. vers. 21. Merc. 2. 3. vers. 80. Pœn. 1. 2. vers. 115. Rud. 1. 2. vers. 27. Rud. 5. 3. v. 36. Stich. 4. 1. vers. 14. Trin. 1. 2. vers. 41.
Addere pro *apponere.* Aul. 3. 6. v. 20. Horat. lib. 3. Od. 4. *Nequitia additus custos.* Cicero: *Custodem Tullio me apponito.* Vide etiam *Seruim* ad lib. 6. *Æneid.* Virg. vers. 90. vbi *addere* significat *malum dare.* & *infectum esse.* Interdum etiam de verberibus frequentatur. Liuius de supplicio *Tauræ Campani:* *Adde Virgas viro forti.*
Addere Verbum. Trin. 2. 4. vers. 63.
Addico. Pœn. 5. 6. v. 24. *Ego met tibi me addico: quid pratore opus est.*
Addici. Pœn. 5. 6. v. 4.
Addictum habere. Pœn. 4. 2. v. 11.
Addicere: vendere. Pœn. 2. 1. v. 50.
Addicere proprium Prætoris rem a-

licui vt eius fiat pro potestate attribuentis, Capt. 1. 2. vers. 72. Merc. 3. 4. v. 31. Pœn. 1. 1. v. 58. & 3. 1. v. 61. vide *Lexicaluriconsul-torum,* in primis Ioannis Caluini.
Addicti, fuerunt, qui cum non essent soluendo, creditoribus addicebantur: nec seruitute eorum liberabantur, nisi debitis quocumq; modo pertolutis. Bach. 5. 2. v. 86. vide *Agellum* lib. 2. o. cap. 1. & *Fori Romanum* Polleri.
Addictum tenere: in iudiciis. Pœn. 3. 4. v. 10. & 5. 6. v. 24.
Adduce: Pœn. 1. 3. v. 15. & 5. 3. vers. 50. Peif. 3. 3. v. 34. Stich. 1. 2. vers. 94. Truc. 2. 6. v. 52. 60.
Adducere & adferre distinguuntur. Pseud. 2. 4. v. 21.
Adducere proprie est puellam alicui conciliare. Mil. 3. 1. v. 195. Tibull. Hæc mihi te adducit tenebris. Inde *Adductrices* conciliatrices stupri.
Adducere ad: Af. 5. 2. v. 65. Pseud. 3. 2. v. 78.
Adduciturus. Tiuc. 1. 2. v. 30.
Adæo variè & eleganter à Plauto vsurpatur, Rud. 5. 3. v. 64. Stich. 2. 1. vers. 21. 59. Pœn. 1. 2. vers. 57. & 3. 5. v. 37. Stich. 5. 2. v. 16. & Stich. 1. 1. v. 12. & Stich. 5. 4. v. 15. Pœn. 4. 2. v. 38. Pœn. 3. 3. v. 28. Rud. 5. 3. v. 32. Merc. 2. 3. vers. 60. Trin. 1. 2. v. 144. 166. Tru. Prol. v. 21. & 2. 2. v. 12. 34. & 2. 4. v. 6. & 2. 1. v. 6. & 4. 2. v. 52. & 4. 3. v. 1. & 4. 3. v. 74.
Amplificat sententiam, & significat *Etiam* Pseud. 4. 7. v. 3. Caf. Prol. v. 77. Bacch. 4. 9. v. 44. & 5. 1. v. 17. Videtur quoq; *αυξητικον.* Men. 5. 1. v. 18. & Men. 5. 2. v. 75. Pseud. 3. 2. vers. 66. Merc. Prol. v. 26. Pseu. 1. 2. v. 57. Men. 4. 2. v. 32. Caf. 2. 6. v. 15. Men.

Men. 1. 2. vers. 11. 14. Pseud. 1. 4. v. 5. Caf. 3. 3. v. 6. Rud. 1. 2. v. 15. Pseud. 1. 3. v. 56. Men. Prol. v. 21. Amph. 1. 1. vers. 97. Mil. 4. 4. v. 55. Rud. Prol. v. 34. Curc. 5. 3. v. 37. Pseud. 1. 2. v. 51. Merc. 5. 4. v. 33. 58. Epid. 2. 2. v. 32. Mer. 5. 2. v. 18. Men. 2. 2. v. 22. Mil. 2. 5. v. 28. Rud. 4. 4. v. 123. & 4. 5. v. 9. Bacch. 2. 3. v. 49. Trin. 4. 2. v. 73. Epid. 2. 1. v. 8.
Notat illationem. Amph. 1. 2. v. 6. & 2. 2. v. 46. & 3. 3. v. 28. Merc. 2. 1. vers. 10. Epid. 5. 2. v. 39.
Ornat. Pseud. 1. 2. v. 80.
Innuie causam impulsuæ. Aul. 3. 2. v. 27. Curc. 5. 3. vers. 2. Bacch. Grex. v. 3. Caf. 3. 2. vers. 4. Aul. 2. 4. vers. 12. Capt. 4. 2. v. 44. Af. 2. 3. v. 23. & 3. 1. v. 29
Causam finalem. Amph. 3. 2. v. 71. Aul. 4. 10 v. 9
Comparete vsurpatur. Amph. 5. 2. v. 4. Af. 4. 1. v. 23. Curc. 2. 3. v. 54. Caf. 4. 3. v. 4.
Notat circumstantiam temporis. Cist. 1. 2. v. 5. & 2. 3. v. 40.
Adæo elegantia prorsus *αδαιω* vsurpatur. Merc. 5. 4. v. 64
Adæo initio posita, valet idem quod *quin etiam: imo quod plus est.* Most. 3. 1. v. 96
Adæo pro *autem,* quidem, porro. Most. 2. 2. v. 46.
Adæo continuationem orationis notat. Epid. 1. 1. v. 51.
Adæo vsq; dum; *ad vsq; dum.* Amph. 1. 1. v. 10. Af. 2. 2. v. 62.
Adæo. pro igitur. Nam vim illatiuâ habet. Merc. 2. 2. vers. 57. Mil. 2. 2. v. 4. Pseud. 1. 2. vers. 51. Rud. 3. 4. v. 23. 26. Alia loca paulo ante citata.
Adæo, ut ne Mil. 2. 2. v. 9
Adæo, ut pro eo modo, quo modo. Epid. 4. 1. v. 38. 39. Trin. 1. 2. v. 104

Adæo donec. Pseud. 4. 7. v. 72.
Adæo pro certo Bacch. 4. 7. v. 31.
Adæo, vsq; ut. Bacch. 3. 4. v. 11.
Adæo dum. vsq; eo dum. Merc. Prol. v. 78.
Ademfit pro *ademerit.* Epid. 3. 2. v. 27.
Adesse ad exercitum. Amph. 1. 3. v. 6.
Adesse domi. pro, *esse.* Epid. 5. 1. v. 57
Adesse. fauere. Pœn. Prol. v. 127
Adesurire. Trin. 1. 2. v. 132
Adhuc, pro *hucusq; continuo.* Caf. 3. 5. v. 19. Most. 4. 1. v. 13. Capt. 2. 3. v. 25. Eodè significatu aliis bonis authoribus vsurpatur. Cicero Verr. VII. *Ita mihi voluntatem spemq; reliquæ Sitæ & Gestræ. Populiq; R. existimatio comprobet, ut ego quos adhuc mihi magistratus Pop. R. manderit, sic eos accepi, ut me omnium officiorum obstringi religione arbitraret.* Idem Diuin. in Verrem. *Idet enim, si à pueris nobilibus, quos adhuc elusit, accusanti voluntas ad viros fortes spectatosq; homines trās-lata sit Iterum: Est adhuc (id quod vos omnes mirari video) non Veres, sed Q. Mutius. Verrina II. Vident adhuc post legem Tribunitiam Sntè hominem.* Plin. Panegy. cap. 1. *Ac si adhuc dubium fuisset, forte casusq; retores terris, an aliquo Numine daretur, Principem tamen nostrum liqueret diuinitus constitutum.*
Adferre & Adducere distinguuntur. Pseud. 2. 4. v. 21.
Adgredi contra Perf. 1. 1. v. 15.
Adhinnire equulam. *Untachen/ scil.* quod libidine prurientes solent. Cist. 4. 2. v. 88
Adhortari opera consilioq. Mil. 2. 1. v. 59.
Adhibere aures aliquo. Pseu. 1. 2. v. 20
Adicere. pro *adiicere.* Sic perpetuo scribitur in manu exaratis. Neq; enim

enim facile vet geminabant lit. I. Pœn. 5. 4. v. 1.
Adipisci Theſaurum. Truc. 4. 2. v. 13.
 Sic retineo cum Lambino: quod æquè prudenter & commodè profertur; atque illud *adorita* Taubmani Epid. 1. 1 v. 13
Adipiscitur. acquiritur. Trin. 2. 2 v. 86. *αδῖσκειν*. Sic Cicero: *Adipiscendi magistratus sunt.* Agell lib. 18 *Nomine non adepti iam, sed cum spe adipiscendo.*
Adipiscer, pro *acquirere* Capt. 3. 1. v. 23
Adipisci aliquem in cursu. Epid. 1. 1. v. 13
Adire manum alicui dicitur is, qui quod illi, tamquam in manu traditurus ostendet; cumque ille manum ad id capiendum porrexerit, suam ipse manum retro trahit, eumque inanem atque hiantem destituit *Muretus*. Aul. 2. 8. v. 8 videlitt *M. Manus*.
Adire interpellare, alloqui Pſeu. 1. 5. v. 35 Ita Lucillius apud Nonium in *Appellare*.
Adire contra Rud. 1. 4 v. 22.
Adire ad aliq. Curc. 2. 2. v. 12. Aſin. 3. 3. v. 133 Trinum 2. 2. v. 105. Aul. 1. 2. v. 24 Aulul. 2. 2. v. 25. Aul. 4. 10. ver. 16. Pœn. 1. 2 v. 117. Et 3. 3. v. 38 Et 5. 2. v. 22. Pſeud. 4. 2. ver. 11. Men. 3. 2. ver. 21. Bacch. 4. 1. ver. 6. Capt. 3. 2. v. 6. Caf. prol. v. 41
Adiurare pro *iurare* Amph. 3. 2. v. 8. Men. 4. 2 v. 52. 91. Et 5. 7. ver. 40. Bacch. 4. 6. v. Mof. 1. 3 v. 26
Aditum. impersonaliter. Cist. 1. 1. v. 35.
Aditio, aditus, Truc. 2. 7. v. 61.
Adiudicare. Men. 1. 3. v. 6.
Adiunctum, coniunctum, adnexum Curc. 1. 3. v. 34.
Adiungere ad. Pſeud. 5. 1. v. 14.

Adiurare. pro *iurare*. Sancte adiurare. Cist. 2. 3. v. 27. 40
In adiurationibus solent auctores inter præpositionem eiusque; casum interponere pronomen Exemplum vide in lit. S. *Syntaxis insolens*.
Adiutare. Caf. 2. 8. v. 48. & 3. 3. ver. 17. & 4. 3. v. 9. Truc. 2. 5. v. 26. Et 2. 7. v. 8. Pſeud. 1. 1. v. 81
Adiutabilem operam dare. Mil. 4. 4. v. 8
Adiuuare auxilio. Pſeud. 4. 1. v. 1
Adiuuare. Pœn. 4. 2. v. 60
Adiuuare. dicuntur spectatores fabularum, cum æquo animo adsunt. Aſin. Prol. v. 18. Pœn. Prol. v. 128. vide etiam Prol. Caf. ver. 27. Prol. Rud. Prol. v. 81
Adiuuare & augere. Epid. 2. 2. v. 8
Adiuuare auxilio. Rud. 1. 4. v. 39
Adiuuare factis. Caf. 2. 4. v. 7
Adiuuat: pro *iuuat*, delectat. Capt. 2. 1. v. 8
Admirare: accedere. Perf. 3. 1. v. 19
Adminiculum: pro *adminiculatio*, vel *adminiculatore*: sicut *Imperium*, pro *imperatore*, & *ministeria publica* apud Apulciū, pro *seruis publicis*. Mof. 1. 2. v. 48.
Administrare: pro *ministrare*. Epid. 3. v. 37
Admissarius ad equas. Mil. 4. 3. v. 19
Admisse: *αδῖσκειν*. Mil. 4. 7. v. 4
Admittere in se aliquid. pro *facere aliquid*. Amph. 3. 2. v. 4
Admittere in aliquem aliquid. Men. 5. 1. v. 12
Admoderari se risu. Mil. 4. 2. v. 80
Admodum: certe. Rud. 1. 2. v. 55. & 5. v. 11. & 3. 6. v. 2. & 4. 4. v. 37
Admodum: affirmat. Bacch. 4. 7. ver. 40. & 5. 1. ver. 24. Trin. 2. 4. ver. 19. Pſeud. 4. 7. ver. 54. vide Donatum ad Phorm. 1 cren.
 Admodum

Admodum: pro *ferè*. Epid. 1. 2. v. 1. Liuius li. 22. *Sex millia hostium caesa, quinque admodum Romanorum.* Idè lib. 33. *Equestris pugna nulla admodum fuit, quia simul inclinatum mediam aciem Numida Maurique viderunt, ex templo fuga effusa nuda cornua de semere.* Apul. li. 1. Miles. Ergo igitur in *efficacitate celeritate fatigatus admodum* *Sespera oriente ad balneas processeram. Ita enim locus hic restituentibus ex Mff.*
Admodum quam. Amph. 1. 3. v. 43. Vide *Quamuis*.
Admodum. valde. Bacch. 3. 4. v. 2
Admodum: eleganti vsu. Merc. 2. 3. v. 65. *Horum illa nihilum quisquam facere poterit admodum.*
Admœvire oppidum, admunire. Pſeud. 1. 3. v. 148
Admœnare: ad mœnia admouere. Cist. 2. 2. v. 5. *μετὰ φουραῖς*.
Admœnare: obfidere. Pſeud. 2. 1. v. 11
Admoliri. Rud. 3. 1. v. 7
Admordere: insigni damno afficere. Perf. 2. 3. v. 15
Admordere: pro, *adoriri*. Pſeud. 4. 7. v. 24
Admutilare aliquem. Mil. 3. 1. v. 172
Admutilare. Capt. 2. 2. v. 19
Admutilare ad cutem. Perf. 5. 2. v. 48
Adnutare alicui. Merc. 2. 3. v. 100
Adoleſcens agrestis. Truc. 2. 1. v. 35. & *Adoleſcens indomitus, plenus amoris & lascivia.* Trin. 3. 3
Adoleſcens de summo loco. Aul. Prol. v. 28
Adoleſcentulus homo. Bacch. 1. 1. v. 32. 55.
Adoleſcentula. Epid. 1. 1. ver. 41. Rud. 2. 4. 3.
Adoleſcens. Maiores natu sic appellant natu minores quamuis viros. Pſeud. 4. 2. v. 22. Teren. Phor. 2. 3. Pſeud. 4. 7. ver. 38. 42. Me-

nech. 2. 2. ver. 11. 15
Adoleſcere ad atatem. Caf. Prol. v. 47
Adoneus. Adonis, puer Venetis. Sic Aufon. *Simonideus dixit.* Men. 1. 2. v. 35.
Adoptare γενναῖος, assumere. Cist. 4. 2. v. 78.
Adoptare bonis. Truc. 4. 4. v. 5.
Adoptare in diuitias. Pœn. 4. 2. v. 82.
Adoptare pro filio. Pœn. Prol. v. 119.
Adoptatiuus. Pœn. 5. 2. v. 85. 100.
Adorea. Amph. 1. 1. v. 38. Antiqui Romani omnem ex agris prouentum vocabant *Adoream*. Et postquam præmium militibus frumentum erat, parta victoria. *Adorea* pro laude cæpta est. Glossæ. *Adorosus* *ἰδορός*, *ὡς Πομπηῖος* nempe Pompeius Festus
Adornare: præparare. Amph. 3. 2. v. 65.
Adornare: pro *facere*, *viuere*. Capt. 4. 4. v. 13.
Adornare viaticum, pro *præparare & instruere viatico*. Epid. 5. 1. v. 9.
Adornare: absolute positum. Epid. 3. 2. v. 25.
Adpropero: *propereo*, Caf. 5. 2. v. 14.
Adprosperare actiue capitur Amph. Prol. v. 13. vide *Prosperare*.
Adscendere in nauem. Rud. 2. 6. v. 54. Nisi forte legendum sit *Escendere*: quod probum verbum, & alibi nobis adsertum.
Adscriptiui: dicebantur milites, qui extra ordinem & numerum adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, si quis eorum deperisset. Men. 1. 3. v. 2.
Adſpectare: est inspicere. Amph. 4. 2. v. 8.
Adſpectare. Aſin. 5. 1. v. 13. Epid. 5. 1. v. 16.
Adſpexit pro *Adſpexerit* Aſin. 4. 1. ver. 25.
 Adſpicere

Adspicere ad. Cist. 4. 2. v. 2. 5.
Adspicere contra oculos. Cal. 5. 3. v. 2.
Adflare: pro stare. Bach. 4. 7. v. 17.
 Cist. 2. 3. v. 53. verisimil. lib. 3. c. 4.
 Most. 2. 2. ver. 88. & 1. 4. ver. 11. vide Schoppil.
Adflare: de advocatis. Cal. 3. 3. v. 5.
Adstipulari alicui præsto adesse sua opera. Curc. 4. 1. v. 12.
Adstringere furti. Rud. 4. 7. v. 34.
Advector alicuius rei. A. fin. 2. 2. v. 92.
Aduebi ad. Merc. 2. 1. v. 35.
Aduenire intro: venire. Rud. 4. 6. v. 2.
Adventor. Truc. 1. 2. v. 2. & 1. 7. v. 54.
Aduenire in. Curc. 4. 4. v. 6.
Aduenire ad. Truc. 1. 2. v. 60. Et 1. 2. v. 29 & Truc. 1. 2. v. 6. Men. Prol. v. 100. & 2. 2. v. 13. Rud. 1. 2. v. 28.
Aduenire aliquo. Pseud. 2. 2. v. 27. Athenas numquam adueni. Sic enim emendandus error typographi. Neque abiter loquitur paulo post Pseud. 2. 4. v. 41.
Aduentare. Pœn. 3. 1. v. 58.
Adverb. Connub.) vide Connub. Adr.
Aduerbia. sæpe præter communem Grammaticorum canonem cōstruuntur. vide *ais, parum, nimis, plus, &c.*
Aduerbia si nomina fiant, declinantur, vt vult Seruius in V. Æneid. vt *Mani* pro *mane*. Most. 3. 2. v. 81. At videtur Seruius errare. Neque enim *Aduerbia* sic declinantur, quando efferuntur promissive litteris I. & E. quæ sic frequenter a veteribus commutabantur, vt docet *Giphanius* in exquisitissimo Indice Lucretiano *Colli & Parti* vocabulis.
Aduerbia sæpe locum prepositionū occupabant. Vt *Intus domum* pro *In domo*. Mil. 2. 6. v. 55. Lucre. *Intus sedibus*, pro *In sedibus*, vide Indicem Lucretii in *Intus & Se-*

orsum.
Aduersa sempiterna. Merc. 2. 3. v. 2.
Aduersare, versare. Rud. 2. 2. v. 1.
Aduersari aliquid sedulo. Trin. 2. 2. v. 102.
Aduersari contra. Cal. 2. 3. v. 35.
Aduersari auersus aliquid. Merc. 2. 3. v. 43.
Aduersarius Galens Capt Prol. v. 64.
Aduersum aliquem. h. e. præsentem aliquo. Bacch. 4. 4. v. 47.
Aduersum contra. Pseud. 1. 5. v. 39.
Aduersus venit hero meo. Trin. 3. 2. v. 98.
Aduersus ire, obuiam ire. Most. 4. 2. v. 16.
Aduersum ire. Merc. 1. 2. v. 5.
Aduersus aliquem dicere. Amph. 2. 2. ver. 118.
Aduersum recusare. Pœn. 5. 6. v. 18.
Aduertere animum ad animam alicuius. h. e. consentire cum aliquo. Mil. 1. 1. v. 39.
Aduertere absolute. Bacch. 4. 9. ver. 69.
Aduertere animum. Mil. 3. 1. v. 170.
Aduigilare, Peris. 4. 4. v. 64.
Adulterare absolute, pro, adulterinis modis agere, adulterinis litteris vt. Bacch. 2. 3. v. 34.
Adulterinus symbolus. Bacch. 2. 3. ver. 32.
Aduocare: vocare. Amph. 5. 1. v. 76. Pseud. 4. 7. v. 59.
Aduocare aliquem alicui. Cal. 3. 3. v. 7.
Aduocare sibi aliquem. h. e. adducere, vt sibi in iudicio assistat. Bacch. 2. 3. v. 28.
Aduocatus teste *Afconio* dicitur is, qui ius alicui suggerit, aut qui præsentiam suam ei commodat. Amph. 4. 3. v. 3. Men. 5. 2. ver. 47. Mil. 5. 1. v. 26. Pœn. 3. 1. v. 23. Trin. 5. 2. v. 37. Amph. Sc. DI. Voftr. v. 73.
Aduocati. Pœn. 3. 1. v. 3. & 3. 5. v. 22. &

3. 6. v. 11. Stich. 3. 1. v. 12.
Aduocatus alicui. Rud. 3. 6. v. 52.
Aduocatus adsto. Cal. 3. 3. v. 5.
Aduocatus ducere. Pœn. 3. 1. v. 43.
Aduocatum alicui ire. Epid. 33. v. 41.
Aduolare: aduenire. Mil. Arg. 2. v. 7.
Aduolare, de voce. Amph. 1. 1. v. 169.
Aduolare aliquo: est aliquo præsentem. Aul. 4. 7. v. 9.
Aduorsum venire. Cal. 2. 6. v. 29.
Aduorsum ira. Amph. 2. 2. ver. 42. & sc. Quis tam. v. 6. A. fin. 2. 2. ver. 29. Mil. 2. 2. ver. 14. Most. 4. 1. ver. 22. Men. 5. 2. v. Stich. 2. 1. v. 83. & 4. 2. v. 27. Cal. 3. 6. v. 5. Truc. 2. 6. v. 22.
Aduorsum venire. Most. 1. 4. ver. 1. & 4. 2. ver. 29. 32. Men. 2. 3. v. 82. 90. & 3. 1. ver. 17. & 5. 6. ver. 29. & 5. 8. v. 2.
Aduorsum fieri. Men. 3. 2. ver. 21.
Aduorsum legem. Truc. 4. 2. ver. 47.
Aduorsum quod: vt *praquod, præter quod.* id est *πλεονεξ.* Trin. 1. 2. v. 139.
Aduorsum sutori. Amph. sc. DI. Voftr. v. 73.
Aduorsum: contra. Stich. 4. 2. v. 11.
Aduorsum se fabulare.
Aduorsum sententiam alicuius. Merc. 3. 4. v. 10.
Aduorsum obtueri. Most. 3. 2. v. 154.
Aduorsum alicui. Stich. 1. 2. v. 32.
Aduorsum aliquem mendax. Pœn. 1. 2. v. 188.
Aduorsitor puer. qui zeto obuiam it. Most. 4. 1.
Aduorsari alicui. Cal. 2. 2. v. 32.
Aduorsum aliquem mentiri. Mil. 4. 2. v. 88.
Aduertere animo. Pseud. 1. 2. v. 10.
Aduertere animum. Tota Comica phrasis. Merc. 5. 4. v. 7. Most. 2. 1. ver. 52. Men. Prol. ver. 5. Pseud. 1. 2. v. 53. 76. & 1. 5. v. 82. Epid. 2. 2. v. 21. 31. Pœn. 5. 4. v. 79. Pseud. 1. 1. v. 30.

Aduostes. *αξωνες* pro *aduorsariis.* Sic enim Festus. *Aduostes, aduersarii.* Gloss. *Aduostes* *εραωνες.* A. fin. 3. 2. v. 4.
Æacidina Mina. vide proverb. A. fin. 2. 3. v. 25.
Ædes. Pœn. 3. 1. v. 26.
Ædes sacra scil. Trin. 2. 4. ver. 67.
Ædis. Curc. 4. 1. ver. 20. A. fin. 1. 3. v. 67.
Ædes. pro hominibus & familia, quæ in edibus *μετανομιως.* Mil. 2. 3. ver. 39. Truculento 2. 8. v. 8. Ita enim malo nunc interpretari hæc loca cum ingeniosissimo *Acidialio*, quam ad distortas illas metaphoras confugere cum aliis viris doctis, suum cuiq; arbitratum nihilominus lubens merito relinquens.
Ædes aurium. eleganter dixit *Plautus* Pseud. 1. v. 54. & *Lucretius* *Templa aurium.* Eadem allegoria ferme vtitur *Cicero* in *Pisonem* *Improbissimorum* *scrinorum* *domicilium*, in auribus eius collocauerunt.
Ædes ablectæ, vide *Ablectæ.*
Ædis capitalis: in qua capital admiffura. Most. 2. 2. v. 44.
Ædes festiuissima. Curc. 1. 1. ver. 93.
Ædes lamentaria. Capt. 1. 1. v. 28.
Ædes lenoniæ. Trucul. 1. 1. v. 30.
Ædiles ludi. Pœn. 5. 2. v. 52.
Ædes Minervæ. Bacch. 4. 8. v. 60.
Ædes nitida: mundæ. Stich. 1. 2. ver. 8.
Ædes probæ, pulchre, edificatæ. Merc. 5. 2. ver. 60.
Ædes pura, munda. Truc. 2. 7. v. 6.
Ædes euomere dicuntur, quando uis eicitur ædibus. Pseud. 4. 1. v. 43. Sic *Virgil.* lib. 2. *Georg.* *Mane saluantum totis comit ædibus* *indam.*

Ædes, expolita; parate, facta probe, examullim. Most. 1.2.v.18.19.
Ædes hiscunt. Pseud. 4.1.v.42. Laberius hietantur fores.
Ædopol certe. Mil. 2.6.v.103.
Ædes Veneris. Pœn. 5.3.v.13. & 1.2.v.105. & 4.2.v.25.
Ædificare proprie donatibus secundum Seruium ad illud Virg. lib. 2 Æneid.
Instar montis equum diuina Palladis arte
Ædificant. —
 Merc. Prol. v.87.
 Cicero. *Nauem tibi adificatam esse Messand*.
Ædificare: in prouerbio fere est, cū quis Columnam mente suo suffulcit. Mil. 2.2.v.54.
Ædilis fastidiosus. Rud. 2.3.v.42.
Ædiles curules. Men. 4.2.v.23.
Ædiles publici. Truc. 2.7.v.6.
Ædilitate sine suffragio gerere. In prouerbio vide PROVERBIA.
Ædituus. Curc. 1.3.v.48.
Ægre esse alicui ex aliqua re. Caf. 2.6.v.67. & 2.7.v.6. Bacch. 5.1.v.26. Curc. 1.3.ver.13. Men. 4.2.ver.62. Merc. 2.1.v.35. Mil. 3.1.v.151 Pœn. 5.2.v.107. III. Truc. 2.5.v.11.
Ægre est, pro *agre facit*. Caf. 2.2.v.11.
Ægrimonia. Rud. 4.4.v.141.
Ægrimonia afflicere. Stich. 3.1.v.5.
Ægritudo proprie est morbus animi. Bacch. 5.1.v.24. Capt. 4.2.v.2. Merc. 2.3.v.24.
Ægritudo: de amore Merc. 1.2.v.29
Ægritudo pro molestia, & indignatione Most. 3.2.v.126.
Ægritudo animam adimit. Trin. 4.3.v.84.
Ægritudo animo obuiam est. Stich. 4.1.v.19.21.
Ægritudinem obicere. Bacch. 3.6.v.9.
Ægritudinem parere. Trin. 2.2.v.25.

Ægritudinem ex animo exturbare. Curc. 2.1.v.9.
Ægritudine emori Men. Prol. v.35.
Ægrius, difficilior. Afm. 1.1.v.106.
Ægrotum videre: inuitum videre. Trin. 1.2.v.39
Ægrotare dicuntur ea, quæ mutantur in melius vel peius. Trin. 1.2.v.34. *Artes in te ægrotant*. Lucret. lib. 4. *ægrotat fama vacillans*. Varro lib. 1. de vita populi Rom. *Destructione ciuium elanguescit bonum proprium ciuitatis, atq; ægrotare incipit, & consensescere*. Ita Græci vsurpant *ἄροσιν* monente P. Victorio lib. 11. cap. 11. Plautus quoq; ad eandem *μῆλαφοσιν* alulit. Trin. 1.1.v.6.
Ægrom: pro ægritudine Amph. 2.2.v.11.
Ægyptus Most. 4.3.v.2.
Ænigma apud Plautū Cist. 2.3.v.60
Ænum. Pseud. 1.2.v.24.
Æqual legem non licet. Cist. 2.1.v.55.
Æqualis: pro amico, socio *ἵπιδ* 1.1.v.93. Trin. 1.2.v.10 & 2.2.v.45.
Æquabiles opes cum aliquo. Capt. 2.2.ver.52.
Æquē: absolute. *Non aquē*. Pseud. 2.4.v.55 58.
Æquē in comparatione eleganter vsurpatur, interdum absolute. Stich. 2.1.v.64. *Ridiculus nullus æque est, quando esurit*. scil. *quam, atq; ego*.
Æque comparandi particula, subintellecta *ἰσῆτα*. Pseud. 1.3.ver.123.
Æque ac Bacch. 2.2.v.36. Men. 3.2.v.28 Pœn. 5.2.v.153.
Æque atque. Aul. 2.4.v.18. Caf. 1.1.v.41. Mil. 3.1.v.73.
Æque amare. Bacch. 5.1.v.27.
Æque bene. pro, *melius* Most. 1.3.v.85.
 143.

Æque dispares. Amph. 1.3.v.51.
Æque mecum iuxta mecum, vnā mecum Afm. 2.2.v.66.
Æque melius. Capt. 3.5.v.42.
Æque nullus. Merc. 2.3.v.1.
Æque quām. Epid. 2.3.v.2. Stich. 1.2.ver.1.
Æque quicquam, quām. Mil. 2.5.v.55.
Æque magnus. Men. 1.3.v.18.
Æque si. Bacch. 2.2.v.37.
Æquiparare. Trin. 5.2.v.3.
Æquiparare aliquid ad aliquid, Mil. 1.1.v.12. *Æquiparare suas virtutes ad tuas*.
Æquiparabile. Trin. 2.4.v.65.
Æquipabile. Curc. 1.3.v.12.
Æquius est: præstat. Men. 5.7.v.21.
Æquo censu censeri. Trin. 2.4.v.93.
Æquum est: Benefactum. Mil. 3.1.v.130.
Æquum est me. mira forma. pro, dignum est, decet. Bacch. 3.3.v.84.
Æquum est: decet, par est. Rud. 2.21.ver.7.
Æquus animus, moderatus. Aul. 2.2.v.10. etiam Cicero vsurpat in Catone. *ἰσῆτα*.
Æra: de multa pecuniaria. Truc. 2.2.v.42.
Æra tentare. Truc. 1.1.ver.12. *Das Geld amenden*. De amatorib. & v.51. *Æra plus est scortorum*. &c & v.53. *Æra Sfararia*.
Ærumna de *ἰδύνη* parturientium Amph. 1.2.v.26.
Ærumna acerba. Epid. 2.1.v.10.
Ærumna Herculis. Perf. 1.1.v.2.
Ærumnam exsequi. Capt. 2.1.v.1.
Ærumnam obicere. Epid. 2.1.v.10.
Ærumnam obferre grauem. pro comprimere. Epid. 4.1.v.30.
Ærumnosus, Rud. 1.4.v.39.
Æs alienum cogere. Stich. 2.1.v.49.
Æs, pretium, pecuniam notat. A-

sin. 1.3.v.49.
Æs pro stipendio militari *πρωτομίσθως*. Aul. 3.5.v.52.
Æs proprium; alienum. Curc. 3.ver.2.
Æs militare. Pœn. 5.5.v.7. *Æremilitari tangere*.
Æschrodoris nomen meretriculæ. Pseud. 1.2.v.62.
Æsculapius. Curc. 2.2.ver.11. Men. 5.3.v.9
Æsculapii fanum. Curc. 1.1.ver.14.62
Æstas perbona. Most. 3.2.v.78
Æstimare. de pretio citari. Capt. 2.2.v.90
Æstuar. calere Pœn. Prol. v.43
Æstus: de amore. Truc. 1.2.v.89.
Æstus mustulentus calor quasi musto oblitus. Cist. 4.2.v.89
Æstus Siaticus Men. 2.1.ver.30.
 Dicitur est ex eo, inquit Turn. libr. 18. cap. 15. quod plura alimenta solent hibernis prouidere milites; quam æstius. Et quod ætate qui iter faciunt; paucioribus diebus, quo volunt perueniunt; & de ætatis frugibus inter eundem se interrim tolerant: cum idem hyeme nuda tellure facere non possint; & ea tempestate lagenam & portionem porius quam cibum & obsonium querant. Nam in lagena est æstium viaticum. Sic *æstina supellex* a Propert. dicitur lib. 4.c.8.
 — *Sitriq; æstina sipelex*
Et Methymnei Graia salina meri.
 Labinus insuper ait: *viaticatos æstius* dictos tenuiter & parce viaticatos. Ab iis, qui vestiti sunt ad eos qui viaticati sunt. Dicitur enim *æstius vestitum*, qui leuiter & expedite. vestitus est. vi-

de etiã Cæl. Rhodig libr. 6. c. 12.
In Ætate vide litt. I.
Ætas senectus. Aul. 2. 2. v. 75. Amph.
 4. 2. v. 12. Merc. 5. 4. v. 25. Cæs. 2. 3.
 v. 23. 41.
Ætas p̄ senectute absolutè. Bacch.
 5. 5. 2. v. 44. Men. 5. 2. v. 1. Most. 1. 3.
 v. 129.
Ætas p̄ toto homine Rud. 5. 2. v. 59.
Ætas: pro ætate iuuenili. Bacch.
 4. 10. v. 5. Most. 5. 2. v. 27. 36.
Ætas pro *Vita*, Amph. 3. 2. versicul.
 57.
Ætas mea: hoc est, ego. Pseud. 1.
 1. v. 109. Cap. Væ atati tuæ, hoc
 est, tibi.
Ætas tua: pro, tu. Men. 4. 3. ver-
 ficul. 1.
Ætas nostra, nos *Ætas tua*, hoc est,
 tu. Bacch. 2. 3. v. 121. Men. 4. 3. ver.
 1. Similiter Symm. libr. 9. Epist.
 2. 4. Edit. Schopp. *Quod non du-
 bito etiam atatis tuæ homines indi-
 casset.* Sic enim rectè emendat
 Schoppius ex Mss. Bertin. Beslar.
 & Vatican.
 Propertius lib. 1. Eleg. 2.
*Hic tu semper eris nostra gratif-
 sima Vita* h. e. mihi.
 Et lib. 1. Eleg. 11.
*Aut sine te Vita cura sit una
 mea.*
 Et lib. 3. Eleg. 9.
*Quid mirare? meam si versat
 femina vitam.*
Ætas ferme actus est. Sermo senis.
 Trin. 2. 2. v. 38. Most. 3. 2. vers. 41.
 Rud. Prol. v. 29. Pœn. 3. 5. vers. 6.
 Trin. 2. 4. vers. 148. *Ætatem caste
 agere.*
Ætas integra. Pseud. 1. 2. v. 69.
Ætas, absolutè pro mala ætate, se-
 nio. Most. 3. 2. v. 157.
Ætas bona: iuuentus. Rud. 2. 3. v. 7. vt

Ætas mala: senectus. Aul. 1. 1.
 vers. ...
Ætas mala, senectus. Aul. 1. 1. vers. 4.
 Men. 5. 2. v. 6. Contr. *Ætas bona*,
 pro iuuentute.
Ætas media, quam Cicero vocat
 constantem in Catone. Aul. 2. 1.
 vers. 37.
Ætas sapienti condimentum & cibus.
 Trin. 2. 2. v. 87.
Ætatem meam: h. e. dum viuo. Men.
 5. 1. v. 20.
Ætatem: semper, diu, perpetuè.
 Nonius: vel *Ætatem* est per o-
 mnem ætatem. Asin. 1. 1. v. 51. & 2.
 2. v. 8. 18. Amph. 4. 2. v. 3. Curc. 4. 3.
 v. 22. Cistell. 1. 1. v. 79. Pœn. 3. 3. v.
 23. Pseu. 1. 5. v. 100. Græci *δια βίης*
 pro *διόλης βίου*. Hefych. *δια πινυ-
 τος: αἰ.*
 Terent. Heaut.
*Quid malum! me atatem cen-
 ses Velle id assimularier?*
 Hecyra.
*Nam neque illi hoc animo eris
 neque pol tu eadem istac atate:*
 Vbi Donatus:
Ætatem, tam diu, quam diu est atas.
 Lucretius lib. 6.
*Qui solis Sapor atatem non pos-
 se videtur efficere.*
 Lucillius:—
*Vt multos mensesq; diesq;
 Non tamen atatem tempestate hæc
 scelerosi latentur.*
Ætate exire. Merc. Prol. v. 40.
Ætatem committere Vni loco. Truc. 4.
 4. vers. 16.
Ætatem conterere. Bacch. 4. 6. v. 11.
Ætatem extendere. Bacch. 3. 3. ver-
 fic. 26.
Ætatem exigere. Mil. 4. 6. v. 60. Trin.
 4. 2. v. 111.
Ætatula pro *Vita*. Cist. 1. 1. v. 51. Mo-
 stell.

stell. 1. 3. v. 60. & 3. 2. v. 41. Pseud. 1.
 2. v. 40. Inde pro forma bonæ æ-
 tatis accipitis iisdem locis. Sue-
 ton. Claud. cap. 16. *Monuit, ut aut
 parcus atatula indulgeret, aut certe
 cautius.* Apul. li. 1. *Metam. Hic est,
 qui diebus ac noctibus atatulam
 meam illustit.* Et lib. 7. *Nec enim le-
 ui pretio distrahi poterit talis atatu-
 la.* Et lib. 10. *Pallio bombycinò in-
 umbrabat spectabilem pubem, vt di-
 mota, pateret flos atatula.*
Ætati agunda firmior ars. Trin. 2. 1.
 vers. 5. 7.
Ætate: propter ætate, præ. Bacch.
 5. 2. v. 19. Most. 3. 2. v. 157.
Ætatem vsq; Rud. 3. 4. v. 10. 11.
Ætolicus aper. Perf. 1. 1. v. 3.
Æuus pro æuium. Pœn. 5. 4. v. 14. V-
 surpant etiam Lucretius libr. 3.
 vers. 605.
Ætas absolutè pro adolescentiã.
 Bacch. 1. 2. v. 60 & 3. 3. v. 5. Sic Af-
 franus: *Ætas & corpus tenerum,
 & morigeratio, Hæc sunt venena for-
 mosarum mulierum. Mala atas
 nulla delinimenta inuenit.*
 Horat. l. 2. Epist. vlt. vers. vlt.
 — *Pulset læsciuæ decentius atas.*
 hoc est, iuuenes quos magis læ-
 sciuos esse decet, quam senes.
 Propert. 1. 1. Eleg. 7.
*Nec tantum ingenio, quantum
 seruire dolori.*
*Cogor & atatis tempora dura
 queri.*
Ætoli ciues. Pœn. 3. 3. v. 7.
Ætatim. Men. 1. 1. v. 15.
Ætatim amare. Pœn. 4. 2. v. 45.
Ætatim est. Satis abunde est. Bacch.
 3. 3. v. 94. Trin. 5. 2. v. 61.
Ætatim diuitiarum. Mil. 4. 1. v. 33.
Ætatim hominum. Men. 3. 1. v. 10.
Ætatim & que. Pœn. 3. 1. v. 31.
Æffectare de conatu, & prompta vo-

luntate dicitur. Vt, *Æffectare Vi-
 am*, Aul. 3. 6. v. 38. Terent. *Gladi-
 torio animo ad me affectant Viam.*
 Cicero: *Quo iter affectet, videtis.*
Æffectare aliquo viam. Men. 4. 3. v. 12.
Æffectare, capere, conari. Bacch. 3. 1.
 v. 10. Vbi Mss. *Cam afflicta* scri-
 bunt.
Æfferre se; pro conferre se aliquo.
 Amph. 3. 4. v. 6. Teren. *Haud au-
 spicato huc me attuli.*
Æfferre nouum. Cæs. Prol. v. 70.
Æffinis: pro genero. Aul. 3. 4. v. 14.
Æffinem esse negotiis: implicare se ne-
 gotiis. Trin. 2. 2. v. 50.
Æffinitatem astringere. Trin. 3. 2. ver-
 fic. 73.
Æfflere: ab *æffleo*. Pœn. 5. 2. v. 148. Perf.
 1. 3. v. 72.
Æfflicare est in terram crebrò affli-
 gere, *πεσοῦσθι ζῆν*. Aul. 4. 4. vers. 5. &
 Most. 1. 4. v. 19. Bacch. 1. 2. vers. 46.
 Merc. 3. 4. v. 63. Mil. 4. 2. v. 41.
Æfflicari. Mil. 2. 5. vers. 4. Pseud. 5. 2.
 v. 6. Rud. 1. 2. v. 76. & 3. 2. v. 31. In-
 dignè affl.
Æffligere ad terram. Perf. 5. 2. vers. 15.
 Curc. 1. 1. v. 23.
Æffluere aliqua re. est abunde, &
 copiosè instructum esse aliqua
 re. Pseud. 1. 2. v. 57. Notum est a-
 pud Poetas *Ændam* de multitu-
 dine dici. Virgil. —
*Si non foribus domus alta superbis.
 Mane salutantum totis vomit adi-
 bus Ændam.*
 Et *confluere* dicitur *popules*, p̄ ag-
 minatum conuenire. Sic Agell.
 lib. 19. cap. 1. *ipse erat multis corpo-
 ris animiq; deliciis affluens.* Ita ibi
 vet. libb.
Æfflore. Capt. 3. 5. v. 38. Epid. 2. 2. ver-
 fic. 89.
Æfformidare compositum pro sim-
 plici; pro metuere, formidare.

Bacch. 4.10.v.3.
Affricani mures: Pantheræ. Pœn. 5.2.
 v.51.
Agamemnon. Bacch. 4.9.v.1.
Agasô. Merc. 5.2.v.11.
Agathocles rex Siciliae. Men. 2.3.
 versic. 58.
Agathocles Regis Sicil. facinora. Most.
 3.2.v.89.
Age. Pœn. 3.5.v.39. & 3.6.v.1.
Agere, tangere, trudere, tundere.
 Caf. 4.4.v.21.
Agere aliquid sobriè, doctè, diligen-
 ter, ac curatè, sine arbitris, haud
 somniculosè. Capt. 2.1.v.30.
Agere in ἐρωτικῶς. Caf. 5.7.v.20.
Age si quid agis. Stich. 5.4.v.28.33.35.
Bibe si quid agis. Trin. 4.2.ver.139.
 Mostel. 5.1. versicul. 51. Perf. 4.4.
 vers. 108.
Agere: cum auferendi casu. Caf. 5.3.
 vers. 1. vide *Facere*.
Agere cum aliquo. loqui. Rud. 3.1.
 vers. 13.
Agere, impellere, insectari, ἐλαύνειν.
 Cist. 2.1.v.8.
Agere se aliquò: pro abire aliquò
 Formula Plautina. Most. 1.4.v.
 28. & 3.1.v.31. Pœn. 1.2. vers. 120.
 Mil. 3.2.v.49. Trin. 4.3.v.71.
Agedum. Asin. 4.1.v.1. Trin. 2.2.v.88.
 & 4.2.v.41. Perf. 5.1.v.11. Men. 1.2.
 v.55. Pœn. 5.2. vers. 89. Stich. 5.4.
 v.42.
AGE SIS etiam Cicroni vsurpatum
 in Oratione pro Rosc. Amer. A-
 sin. 3.3.v.89. Bacch. 4.9.versic. 72.
 Pœn. 3.5.v.16.
Age perge quasô. Cist. 2.3.v.12.
Agere. absolutè. pro *agere se aliquo*.
 Bacch. 5.1.v.20. Similia exempla
 permulta collegit is qui pal-
 mam in his litteris merito me-
 ruit apud omnes mortales Pal-
 merius in spicis suis Pagin. 868.

869.870. Quæ compilare non
 est meum. Tu quasô lector Phi-
 lologe, non negligè. Consules
 quoque a cidalium ad Vell. Pag.
 426. itemque Diuinationibus
 Plautinis Pag. 426.
Agitare de equis dicitur. Asin. 3.3.v.
 119. Cur. 1.1.v.92. Virg. li. xi. Æn.
Spumantemque agitabat equum
 Horat. lib. ii. Sat. vii.
Clunibus aut agitavit equum
lasciuia supinum.
 Hinc *agitator* auriga, aut qui equū
 stimulat. Virg. lib. i. Georg.
Sape oleo tarui ostas agitator aselli,
Vilibus aut onerat pomis. —
Agitare aliquem: irasci. Perf. 4.4.
 v.115.
Agitare: cogitare, Magnas res agi-
 to instruere in mente. Rud. 4.2.
 vers. 31.
Agitans diris malis. Amph. sc. DiVoftram
 v.19.
Agitandum est vigilias. Trin. 4.2.ver.
 27. vide *Gerundia*.
Agitare custodiam. Rud. 3.6.v.20. A-
 libi. *agitare vigilias*: & Sallustius
agitare excubias:
Agitare diem suauem. Perf. 5.1.v.17.
Agitare in corde rem. Truc. 2.5. ver-
 ficul. 3.
Agitare sat iuarum rerum. pro fata-
 gere. Bacch. 4.3.v.23.
Agitare: pro simplici *agere*. Cap. 2.3.
 v.16.
Agitari. Cist. 2.1.v.4. Men. 5.1.v.10.
 Capt. 3.4.v.64.
Agitator. auriga in ludis Circensib.
 Plautus tratatè vsurpat. Men. 1.
 2.v.50.
Agite. Truc. 4.3.versic. 63. Amph. 1.1.
 vers. 146.
Agit in exilium. Most. 3.1.v.65.
Agitur res. Epid. 3.3.v.40.
 AGNELLYS in blanditijs amantium
 Asin.

Asin. 3.3.v.77.
Agnini lactes Pseud. 1.3.v.84.
Agnominatio vide *Paronomasia*.
Agnum lupo eripere. Pœn. 3.5.v.31. vi-
 de PROVERBIA.
Agones: sunt victimæ: & *Agonia*, ho-
 stia Pœn. 2.1.v.5. videdus Scal. ad
 Festū: & Meursius ad hunc locū
 Vbi tamen non male forte legas
sex agnos.
Agnum facere. Truc. 2.7.v.52.
Agere transitivè Amph. 1.1.v.294.
Agere se: venire. Perf. 4.3.v.13.
Agere aliquo. Pseud. 2.4.ver.61. vide
Facere.
Agere: nautarum est, ἐλαύνειν. Pseud.
 5.2.v.12.
Ager. χώρα, regio. Epid. 2.3.v.1.
Aggerere aquam. Rud. 2.4.vers. 2.27.
 Caf. 1.1.v.36.
Aggerere bona. Truc. 1.2.v.16.
Agglutinare. Aul. 4.10.v.71.
Agglutinare se. Men. 2.2. versicul.
 67.
Agglutinare matrimonii copula.
 Cist. 3.v.17.
Aggredi ad aliquem Asin. 3.3.vers. 90.
 Merc. 2.1.v.24. Bacch. 5.2.vers. 35
 Pœn. 5.4.v.51.
Aggredias: δεχάινωσ. Truc. 2.1.ver-
 fic. 40.
Aggredi de aliquo aliquem. Merc. 2.3.
 vers. 50.
Aggredi aliquem. Most. 5.1.v.26.
Aggredi dolum. Truc. 2.5. versic-
 cul. 79.
Agrestis adolescens. Truc. 2.1.versic.
 35.42.
Agoranomus: ædilis rerum vena-
 lium. *Marckmeister*. Curc. 2.3.
 v.6. Capt. 4.2.vers. 44. vide Phil.
Ædilium.
Agro euertere. Trin. 2.4.v.15.
Agrorum calamitas. Orco compara-
 tur. vide litt. A. *Acheruns*. & lit. O.

Osium Acheruntis.
 Ab. Truc. 2.4.v.18. Et 1.2.vers. 92. &
 4.4.v.36. & 2.7.v.29. Rud. 2.4.v.
 6. Trin. 3.2.v.23.
Achalrenuentis est. Bacch. 1.1. ver-
 fic. 54.
Achal: Interiectio ridentis, sed non
 ex animo, verum dolentis quasi.
 Bacch. 4.7.v.11.
Abenum. Caf. 1.1.v.34.
Abeneum Salsum. Truc. 1.1.v.34
Abenea Salsa. Pseud. 2.2.v.61.
Abeni annuli. ferrea catena. Truc.
 2.2.v.18.
Aiac furiosus. Capt. 3.4.v.82.
Ain? admirantis. & percellentis. E-
 pid. 3.4.v.73. Truc. 3.2.v.12.
Ain tu? percellentis, & reprehen-
 dentis acris. Epid. 5.2.v.33.
Ain tu? Formâ Ironicâ. Capt. 4.2.
 v.112. Pœn. 5.2.v.1. Epid. 5.2.ver.
 51. Caf. 2.6.v.45. Aul. 2.2.vers. 9.
 Most. 4.2.vers. 48.58. Curc. 2.3.
 v.44.
Ain tu? est sermo percontantis, ex
 quo intelligit auditor, multa ei,
 qui ita percontatur, ab altero
 esse dicta. Asin. 4.2.vers. 3. Teren-
 rius sapius vsurpauit. *Heaut.* &
Hecyra,
Ain tu? Most. 2.1. vers. 36. Interro-
 gantis & vix credentis formu-
 la.
Ain tu? Admirantis. Mil. 4.1.ver-
 ficul. 29.
Ain tute? Truc. 1.2.v.90.
Ain tandem? Aul. 2.4.v.19. Asin. 5.2.
 vers. 47. Trin. 4.2.v.145. Truc. 2.
 7.v.46.
Ain? Gerô? Amph. 1.1.v.128. 188. Asin.
 3.3.v.133.
Ale: axilla. In obscœno sensu.
 Pœn. 4.2.vers. 50. *Alas birquinas*
Sellere. Quo loco errat Taub-
 manus noster, quando ait mu-
 tile me
 B 3

tile me & confusè retulisse le-
tionem *Mss.* codicum. Neque
enim Plautus aliter scripsit,
quam ego expressi : sensu pror-
ius commodissimo : quem sci-
licet in marginali notâ appinxi:
Tu indica lector.
Ale subnixæ : anſæ brachiorum.
Perf. 2. 5. v. 5.
Alacre, alacriter Amph. Sc. *Di voſtr.*
v. 42.
Alαζωv. interpretatur ipſe *gloriosus*.
Mil. 2. 1. v. 8.
Αλαττειον Campania oppidū. Cap.
3. 4. 2. v. 103.
Albis dentibus deridere. Epid. 3.
3. v. 47.
Albitudo capitis. Trin. 4. 2. verſic.
32.
Albo ariete aliena bona occupare. Perf
1. 2. v. 22. vide *Pronerbia*.
Alcedo: αλκυων. Pœn. 1. 2. verſ. 143.
vide Plin. lib. 2. cap. 47. & Arist.
lib. 5. cap. 8. de Hiſt. Anim. nec
non Alcyonem Luciani. Itemq;
Gefnerum.
Alcedonia, dies Halcyonii. Alce-
do enim, vt ait Feſtus : dice-
batur ab antiquis Halcyone,
ſiue Halcyon, auis marina,
inde appellata, quod in litto-
re maris oua parit, teſte Ser-
uio ad libr. 1. Georg. Virgil.
— *Dilectæ T betidi Halcyonis*.
Suidas: *Dies à Ventis quieti & trā-*
quilli Halcyonii dicuntur. vide etiā
Plin. lib. 10. cap. 32. & li. 2. cap.
46. Ael. 1. 1. c. 36.
Alcmeo matrem interfecit man-
dato patris. Capt. 3. 4. verſic.
30.
Alcmena Euripidis Rud. 1. 1. ver-
ſic. 4.
Aleator. Rud. 2. 3. v. 29.
Alere & colere. Pœn. 5. 4. verſicul.

14.
Alexander ſiue Paris exitium Tro-
iæ patriæ ſuæ. Bacch. 4. 9. ver-
ſic. 23.
Alexandri forma. Mil. 3. 1. verſicu-
181.
Alexandri Magni ſacina. Moſt. 3.
2. v. 89.
Alexandrini tapetia. Pſeud. 1. 2. ver-
ſic. 14.
Alere & Educare differunt. Men. 1.
1. v. 22. vide verb. Diff.
Algeo: frigeo, Rud. 2. 6. v. 44.
Algor. Rud. 1. 3. v. 33.
Alguis, u, o. & *algor*, alboris. Fri-
gus eſt. Moſt. 1. 3. v. 36.
Alguis. Rud. 2. 7. v. 24.
Alias. Curc. 1. 1. v. 63.
Alias res. pro, *quantum ad alias res*
attinet. Sic conciſe eleganter
loquitur Plautus Epid. 4. 1. verſ.
39. Ita Latini dicebant *Aliarum*
rerum. vt docet Hottomannus
ad leg. 27. §. 5. ff. ad leg. Aquil.
l. quia vulgo 24. ff. de ædilit. e-
diſt. Terent. Adelp. 4. 5. *Nolim*
ceterarum rerum te ſocordem eo-
dem modo:
Cic. Catone Mai. *Sæpenumero ad-*
mirari ſoleo cum ceterarum rerum
tuam excellentem perfectamq; ſa-
pientiam, tum ſel maxime. vide et-
iam Gaſp. Schoppij verſſimil. li.
1. cap. 19. & Sulp. Lect. libr. 4.
Epiſt. 13. Ad illud.
Alias res agere. Pſeud. 1. 2. v. 19.
Alibi: alio loco. Trin. 4. 3. verſic.
72.
Alienus ingenio. Capt. 1. 1. v. 31.
Alienum damnum. vide litt. D.
Alienare: *Verreiben* Amph. 1. 1. v.
243.
Alieni: peregrini. Stich. 3. 2. verſ. 31.
Men. 5. 2. v. 44. Aul. 1. 2. verſ. 12.
Cift. 1. 1. verſ. 22. Mil. 2. 2. v. 2.

Alienia

Alienus granis. Trinum. 3. 2. verſi-
cul. 58
Alienus qui conſanguinitate non
eſt propinquus. Capt. 1. 2. ver-
ſic. 37.
Alimonia queſtus, de paraſitis. Perf.
1. 2. v. 1.
Alio modo, atque. Pſeud. 1. 5. verſi-
cul. 60.
Aliorſum ire: Trucul. 2. 4. ver-
ſic. 49.
Alioſorſum. Aul. 2. 4. v. 8.
Aliqua, alicunde. Epid. 2. 3. verſic.
8. & 1. 1. verſ. 90. Mil. 2. 2. verſi-
cul. 66.
Aliqua pro *aliquâ ratione*. Epid. 1.
2. verſ. 49. & 3. 1. verſ. 10. Vide *Ea-*
dem.
Aliquam partem: *aliquâ ex parte*.
Pſeud. 5. 2. v. 23.
Aliqui. *aliquâ re*. Moſt. 1. 3. verſ. 21.
Aul. Prol. v. 24.
Aliqui. *aliquâ in re*. Perf. 2. 2. ver. 10.
Truc. 5. 1. v. 30.
Aliqui: *aliquo modo*. Truc. 5. 1. ver.
30. & v. 31.
Aliquantillum. Capt. 1. 2. verſicul.
28.
Aliqui: *aliquis*. Stich. 1. 2. verſi-
cul. 9.
Aliquis cum plurali. Exite huc a-
liquis. Epid. 3. 3. verſic. 18. Teren-
tius. *Aperite hoc aliquis oſtium*.
Aliquanto: *aliquam multo, non*
parum. Epid. 3. 2. v. 44.
Aliquantum: *paulum*. Trin. 2. 4.
verſ. 116.
Aliquo. Rud. 2. 6. v. 51.
Aliquando: *tandem*, Rud. 4. 6.
verſicul. 1. Cicero. *Collegi me ali-*
quando.
Aliquid fiet. Trucul. 2. 4. verſicul.
15.
Aliquo ſorſum. Caſ. 2. 4. verſicul.
18.

Aliquos ſiginti dies: *Circiter*. Men.
5. 5. verſic. 47. Sic Varro libr. 1.
de R. R. cap. 2. *Si velis in conuiui*
multum bibere, cocinareque liben-
ter, ante eſſe oportet braſſicam cru-
dam ex aceto, & poſt aliqua folia
quinqua.
Alis. vide Elis.
Aliter ſeſus: *quam* Stich. 1. 1. v. 36.
Aliter: *pro male, & ſel non bene*.
Epid. 4. 2. v. 29. Salluſt. *Te prou-*
dere decet, nequid aliter proue-
niat.
Alius: *altus*. Men. Arg. v. 7.
Alius: *pro altero*. Capt. Arg. verſ. 2.
Prol. v. 8. vide *Alter*.
Alius: *pro diuerſo*. Pſeud. Prol. v. 22.
Alia his: *pro diuerſa ab his*. Sic
Phædrus li. 3. ad Eutyrium. *Quod*
ſi accuſator alius Seiano foret.

Horat.

*Neue putes alium ſapiente bonoq;
beatum.*

Item:

*Ne quis ſeſe alius Lyſippo. ducere
are.*

Salluſt.

Aliud bello mallet.

Alius atq; Pſeud. 4. 7. v. 35.

Alius: *aliis moribus*. Trin. 1. 2. verſ.
124.

Alius fieri dicitur hiſtrio, cum alia
perſona in Scenam prodit. Pœn.
Prol. v. 127.

Aluta: *aliter*. Rud. Prol. v. 10. Sic in
legibus. SI. QVIS. ALIUTA. FAXIT.
IPSO. IOVI. SACER. ESTO.

Allaudare. Merc. Prol. v. 85.

Allegare ablegare. Caſ. Prol. verſ. 52.
Pœn. 5. 2. v. 140. Pſeud. 4. 7. v. 66.
& v. 132. Caſ. 3. 4. v. 14. Pœn. 3. 5.
v. 28.

Allegare . priuatim mittere. Perf. 1. 3. v. 55. Stich. 5. 3. v. 8.
Allegare aliquem ad aliquid . destina-
 re. Epid. 1. 3. v. 45.
Allegatum meo . Trin. 5. 2. v. 18.
Alleuare se . habere bonum animum
 Perf. 2. 5. v. 3. 19.
Alex Sivi : qui virum sibi quærit, ef-
 feminatus, ab alliciendi. Pœn. 5.
 5. v. 31.
Alliatum : qui allium olet. **Alliatum**
 verò est moretum, cui allium
 admixtum est: immò vero sic om-
 ne intritum capiendum Græ-
 cè *τρισμα*. Most. 1. 1. v. 45.
Alicaria : Sic appellabantur mere-
 trices in Campania, solite verfa-
 ri ante pisirina Alicariorum
 quæstus gratia. Pœn. 1. 2. ver. 55.
 Festus: **Alica** dicitur, quod alat
 corpus.
Alicere aliquem ad se . Pœn. 3. 3. ver-
 ficul. 57.
Alligare. Epid. 5. 2. v. 25.
Alligare pro obligare. Epid. 3. 2. ver-
 fic. 30.
Alligare iureiuuando. Rud. Prol. ver.
 fic. 48.
Allium & sal . cibis seruorum. Perf.
 2. 3. v. 15. vide Phil. Plaut. **Ciborum**
 dicitur etiam de homine scædo.
 Most. 1. 1. verficul. 38. vide ibi
 Taubm.
Allium. Pseud. 3. 2. v. 25.
Allium obolare . alliarum esse, seu vt
 Seneca loquitur Epist. 84. **Scor-
 dalum esse**. Most. 1. 1. ver. 38. vide
 paulò ante **Alliauis**.
Allium vlpicum . puniceum, quo sole-
 bant vii nauæ Romani, & tur-
 piter fœtere Pœn. 5. 5. v. 35.
Alloqui : pro salutare Amph. 1. 1.
 ver. 26.
Aluere faculam. Perf. 4. 3. ver. 46. &
Curcul. Aluere cereum.

Alludiare : Alludere, adblandiri,
 palpare. **Sich judappisch machē**
 Pœn. 5. 4. ver. 62. Stich. 2. 3. ver-
 fic. 57.
Allusio . vide **Paronomasia**.
Als contumelia. dicitur. **Als** mera
 Truc. 2. 2. v. 9. Vide **Curcul. Ha-
 lophanta**. & Pœn. *ἀλς ἀγοράς*
Alter in comparationibus vsurpari
 solet. Epid. 1. 1. v. 24. Sic dicimus:
Nemo alter est mihi hoc carior.
Alter : alius. Capt. Arg. v. 2. **Alius** : al-
 ternotat. Prol. v. 8. Truc. 1. 2. v. 59.
 Mil. 2. 3. v. 17. Claudianus :
Altera Romana longe rictoribus aula
Conditio .
 Iuuen. Sat. 3. *Modo longa coruscet*
Sarraco Seniente abies atque altera
pinum
Planstra Schunt — Sidon. Apoll.
Concretum gerat ipse caput : longe
 altera nostri
Gratia indisii est : scit se, non lasus,
 amari.
 Horat. Epist. vlt.
Permutet dominos, & cedat in al-
tera iura.
Alter nullus. Bacch. 2. 3. v. 22.
Alter, alter affluite. Rud. 3. 5. v. 28.
Alter quisquam. Afin. 2. 4. v. 85.
Altercatio. Aul. 3. 5. v. 12.
Altera, altera. Bacch. 4. 4. v. 68.
Alteræ : alteri Rud. 3. 4. v. 44.
Alterum tantum. Bacch. 5. 2. v. 65.
Alternus : e duobus alter. Trin. 2. 4.
 v. 138.
Alterum tantum. Non est id, quod
 duplo plus est, vt vulgo putant,
 sed bis tantum. Germanice dicitur
Noch einmal so viel. Epid.
 3. 4. v. 85. Cic. 2. de Oratore. *Vi ne-*
cesse sit partem pedis aut aequalem
esse alteri parti, aut altero tanto, aut
sejqui maiorem esse. Liuius libr. 1.
Neque tum Tarquinius de equitum
 B 5 centuriis

centuriis quidquam mutauit nu-
mero tantum alterum adiecit. Ne-
 pos Euminc. *Illa via altero tanto*
longiorem habet anfractum. Sic L.
 14. ff. de lib. & potest. *Ita enim se-*
cundum vniuersam desuncti filius
altero tanto amplius habebit quam
filia.
Altrinfecus : ex altera parte. Pseud. 3.
 2. v. 73. & 1. 3. v. 122. Merc. 5. 4. v. 16.
 Rud. 4. 4. v. 114. Apuleius vtrin-
 que fecus, & circumsecus dixit.
Altrouersum. Caf. 3. 2. v. 25.
Altum : pro mari. Afin. 1. 3. v. 6. Epid.
 1. 1. v. 47. Mil. 2. 1. v. 39. Men. 2. 1. v.
 2. Trin. 4. 1. v. 8. 13. Rud. 2. 3. v. 64.
 & 2. 6. ver. 29. & Prol. v. 66.
Altus putens : unus. Men. 4. 4. v. 14.
Altus educatus. Rud. 3. 4. v. 35.
Alumna, filia opponuntur. Cist. 4. 2.
 v. 98.
Alumna : passiuè. Pœn. 5. 3. v. 4.
Alumnus in lingua latina actiuè &
 passiuè vsurpatur *ἀλὺς ὁ τροφός*
καὶ ὁ τροφίμος tam pro eo, qui a-
 lit, quam qui alitur. Merc. 4. 5. v.
 7. Most. 1. 4. v. 12. **Hervus atq; alu-**
mus tuus sum. Exempla alia vidē-
 da apud Iac. Cruquium ad Ho-
 rat. libr. 3. Od. 18. Barthium ad
 Ceirin. & Taubmanum ad Cu-
 licem Virgili.
Aluus masculinè. **Aluus suus**. Pseud.
 3. 2. v. 34. Sic ibi Mif. Camerario-
 Palatini, & Schobing. Et bene
 sic scriptum affirmant Passera-
 tius. & Meursius : quod talia
 multa apud Nonium, Priscianū
 & Carisium appareat. Poeta vetus.
Maior nemus retinens grauidò con-
cepit in aluo.
Accius Annalibus:
 — *Vt quam frigidissimus aluus.*
Aluus. pro vtero. Stich. 2. 1. v. 5.
Amabo : blandientis. Men. 4. 3. v. 4.

& 2. 3. v. 54. Bacch. 1. 1. v. 10. & 1. 1.
 v. 19. 28. & 5. 2. v. 79. Cist. 1. 1. ver.
 19. 21. 115. & 3. v. 12. & 4. 2. v. 62. &
 4. 2. v. 42. Millies in Plauto no-
 stro, & eius Simiâ Comico Te-
 rentio. Exempla omnia frustra
 coaceruarem.
Amabo te. Truc. 2. 7. v. 32.
Amabilis, amœna, suauis. Stich. 5. 4.
 v. 54.
Amabilitas. Stich. 5. 4. v. 58.
Amabilitati animum adicere. Pœn. 5.
 4. v. 1.
Amans homo Pœn. 3. 1. v. 2.
Amans homo adulescens. Trin. 1. 2.
 v. 94.
Amantes compares. Pseud. 1. 1. verfi-
 cul. 64.
Amantes corde cati. Trin. 3. 2. ver-
 fic. 51.
Amare interesse Stich. 5. 4. v. 47.
Amare corde. vide litt. C.
Amare medullius. Most. 1. 3. ver-
 fic. 86.
Amare plurimum omnium hominum.
 Truc. 2. 7. v. 33.
Amo immodeste : supra modum.
 Pœn. 1. 1. v. 25.
Amare misere. Bacch. 2. 2. v. 30.
Amare vnum ex omnibus. Truc. 1. 2.
 ver. 83.
Amare & metuerè fere semper con-
 iunguntur etiam in sacris. Pœn.
 1. 2. v. 70.
Amare nos Diu dicuntur, quando
 nobis fauent, & rogata faciunt.
 Stich. 2. 1. v. 70. Aul. 2. 2. v. 6. Apul.
 Anechom. **Quos Venus amauit se-**
cit amoris compores.
Amare : pro amanter orare : Perf. 2.
 5. v. 2. Men. 2. 3. v. 71. & 3. 3. ver. 1.
 Cist. 1. 1. v. 106. Quintil. 1. 6. 3. **A-**
mas me, quod te non Sidi, hoc est,
 gratum mihi fecisti. Terentius
 Hec. penult. *Dic me amare vt Ge-*
 B 5 niat.

niat. Sic apud Sophoc. *ἔσιγ' εὐ*
quandoque occurrit. Aliquan-
do tamē amo significat *gratiam*
habeo Terent. Eun. 1.2. verſ. 11.
benefacit. me. iro te amo.

Amare rexpūāc. pro *amationibus.*

Curc. 1.1. verſ. 28. Sic Græcis *ἔ-
ἰατ'* pro *ἔργος.* Lucret. *meminiſſe
iacet.* h. e. memoria

Amasius. formoſus puer, carami-
tus. Ironicē de ſene. Caſ. 3.3. ver-
fic. 27.

Amasii: amasii. Truc. 3.1. verſ. 13.
Citat hunc locum Dio. nedes
Grammaticus libr. 1. pagin. 334.
Vbi Putſchius expreſſit *amasios.*
Et forte non male, nam nuſ-
pam memini legere amasius:
quod placuit Douſæ, & aliæ
edd. Diomedis non aliter quo-
que habent.

Amasso. Caſ. 5.4. v. 22.

Amatio. Rud. 4.5. v. 114.

Amatio acerba. Pœn. 5.2. v. 136.

Amatio odioſa. Caſ. 2.5. v. 20.

Amator lepidus. Bacch. 1.1. v. 48.

Amator magnus mulierum. Men. 2.1.
v. 43.

Amator pictus. Merc. 2.2. v. 42.

Amator probus. Truc. 2.1. verſ. 20. 25.

Improbis. Ibid. verſ. 30. Men. 1.3.
verſ. 20.

Amator summus habitus est. Truc.
1.2. v. 63.

Amator sterilis. Truc. 2.1. verſicul.
30.

Amator culi. Pœn. 1.2. v. 27.

Amatrix. Pœn. 5.1. v. 25

Ame Quod ad me attinet: elegan-
tivilu. *A me est pudica virgo.* Curc.
1.1. v. 51.

Ambadedere: circumadedere. Merc.
2.1. v. 15. 17.

Ambages verborum. Cist. 4.2. v. 81.

Ambages agere. Pſeud. 5.1. v. 10.

Ambiguum incertum. Pſeud. 2.4.
verſ. 69.

A M B I G V I T A S ſenſus ſæpè oritur
ex diſtinctione ioculariter & ac-
cutè. Exempla apud noſtrum
hæc ſunt. Amph. 2.2. verſ. 109. vti
quidem interpretabatur Pal-
merius. Aul. 4.3. v. 11. Capt. 4.2. v.
88. Caſ. 2.4. v. 1. Menæch. 2.2. ver-
ſ. 3. Pœn. 3.2. v. 11. & 3.4. v. 15. Epid.
1.1. v. 21. & v. 72. & 5.2. v. 20. Mil. 2.
3. v. 15. Merc. 1.2. v. 49. Pſeud. 4.7.
v. 86. Perſ. 4.4. v. 25. Rud. 2.3. v. 44.
& 2.6. v. 35.

Amiffi. Amph. Prolog. v. 69.

Ambo: *ἀμφὶ ἀμφοῖν* pro *Ambo.* Amph.

1.2. v. 8. & 5.1. v. 67. Aſin. 3.3. v. 122.

Rud. 1.5. v. 7. Cist. 2.1. v. 48. Curc.

5.3. v. 14. Moſt. 3.2. v. 143. Bacch.

4.8. v. 19. & 5.2. v. 68. Epid. 2.2. ver-
fic. 19.

Ambulare. ire. Pſeud. 1.3. v. 28.

Ambulauiſti bene. Truc. 2.4. v. 18. vi-
de Bene.

Ambulare otioſe. Pſeud. 4.1. v. 14.

Ambulare: circumſtulare. Rud. 3.

4. v. 64.

Ambulacrum. Moſt. 3.2. verſ. 70. 134.

Cicero *ambulationem* vocat lo-
cum reſtūm & oblongum ad
ambulationes ſactum.

Amburare ex omnibus partib. vre-
re. Epid. 5.2. v. 9. Moſt. 3.1. verſ. 132.

& 4.2. v. 70. Mil. 3.2. v. 12.

Amicibor. Perſ. 2.5. v. 6.

Amictus palliolatim. Pſeud. 5.1. v. 29.

Amiciri magnificè patr. cœque. Caſ. 3.6.
verſ. 4.

Amicitia antiqua. Pſeud. 1.3. v. 4.

Amicitia ſuauiſſima. Pſeud. 5.1. v. 19.

Amicitia. Perſ. 2.3. v. 3.

Amiculum: *ἐπιδύμα:* ab amiciendo.

Ein Oberſteid. Cist. 1.1. v. 117. quo
loco membranæ Camer. ſcribūt
amiculum: fortè non male. Cic.

*Alcibiades amica amictus amicu-
lo.* Moſt. 1.3. v. 16. Pœn. 1.2. v. 136.
Amicus ſubſtantiuè. Moſt. 1.3. v. 38.
Niſi *atenum* aduerbialiter ca-
pias.

Amicus & amator. Truc. 1.2. v. 69.
diſtinguuntur iſta duo.

Amicus homo. Bacch. 5.2. v. 37.

Amicus & beneuolens. Pſeud. 2.4. v. 8.

Amicus eſſiſſimus. Trin. 1.2. v. 57.

Amicus conſiliarius, auxiliarius. Tru.
2.1. v. 6.

Amicus germanum in modum. Caſ. 3.

4. v. 25.

Amicus manubiarius. Truc. 4.4. verſ.

27. fruſtuofus & vtilis quaſi ma-
nubiariū & ſpoliorum collator.

Amicus opportunus. Epid. 3.3. v. 43.

Amicus probus, fidelis, fidus. Trin. 4.4.

verſ. 4.

Amicus tardus. Pœn. 3.1. v. 1.

Amica: pro amafia. Merc. 5.4. ver. 13.

Cist. 2.3. v. 28. Curc. 5.1. v. 3. Caſ. 3.4.

verſ. 22.

Amica, pro ſponſa, amafia. Epid. 5.

2. verſ. 36.

Amica piſtorum: meretrices. Pœn.

1.2. v. 55.

Amica ſua ſe dare. Pſeud. 5.1. v. 31.

Amica operam dare in lecto. Trin. 3.2.

verſ. 25.

Amicum ducere. Stich. 3.1. v. 25.

Amica argentea. Pſeud. 1.3. v. 112.

Amica herilis. Mil. 2.1. v. 37. 44.

Amica mammeata. Pœn. 1.2. v. 181.

Amica anima amanti. Bacch. 2.2. v. 17.

Amens. Aſin. Arg. v. 6.

Amittere: Plautus ſuum hoc ſibi

quodammodo habet, vt ver-
bum hoc uſurpet pro dimittere.

Milit. 4.1. verſ. 36. & 4.8. verſ. 50.

66. & 5.1. verſ. 25. 28. Menæch. 2.

2. verſ. 68. & 5.8. verſ. 6. Bacch.

2.2. verſ. 45. & 4.9. verſ. 40. Caſ.

3.3. verſ. 10. Moſt. 2.2. verſ. 29.

Pſeud. 4.7. v. 21. Truc. 4.2. verſ. 38.
Cist. 3.3. verſ. 16. Curc. 5.2. verſ.
1. Rud. 2.6. v. 4. & 3.4. v. 25. Merc.
5.2. verſ. 28. Pœn. 1.2. verſ. 131
191. Amph. 2.2. verſ. 217. & 4.1
verſ. 10. Bacch. 5.2. v. 78. Cap.
2.2. verſ. 82. & 2.3. verſ. 100. & 3.
4. v. 57. Stich. 2.1. verſ. 33. Rud. 2.7.
verſ. 33. & 4.3. ver. 67. 70. Terent.
Phorm. 3.2. *Nam neque quo pacto
à me amittam, aequè vt retineam
ſuo.* Et Heaut. 3.1. *prius patriam om-
nium, quam abſte amittas ſiliam.*
Vbi Donat. *Amittere pro dimittere
dixit. Nam quod nos dicimus dimit-
tere antiqui dicebant amittere.*

Virgil. (*uiscere Gratos*

Quisquis es amiſſos hinc iam obli-

Liuius: (*bus amiſit.*

Maſſiſſam ſaucium prope è maxi-

Amittere: dimittere, negligere.

Bacch. 3.2. v. 11.

Amittere; pro emittere. Aul. 2.4. ver-
fic. 24.

Amittete: pro deſerere, relinquere.

Aul. 4.4. v. 27. Mil. 2.5. v. 47.

Amittete, relinquere. Capt. Prolog.
verſ. 36.

Amiſſis, amiſeris Bacch. 5.2. v. 69.

Ammittere vel *admittere,* eſt inaugu-
rale verbum, idem quod *Porten-*

dere, Addicere Aſin. 2.1. v. 11. Vnde

anes admiſſiſſus dicebantur ab au-
guribus, quæ conſulentem iuua-

rent. Feſtus. Vtitur etiam Ti-
bullus libr. 1. eleg. 4. (*aquam.*

Venturum admittat imbrifer Arcas

Amnis: femineo genere. Merc. 5.2.
v. 18. *Vlla amnis.*

Amo: ternæ litteræ per iocum.

Merc. 2.2. v. 33.

Amo te. Formula elegans, qua gra-
tias agimus amico. Caſ. 2.2. v. 14.

Pœn. 1.2. v. 42. Cic. *De ea re mul-*

tum te amo.

Amœnitate, amœna amœnus: Capt. 4.1.v.7.
Amœnitas in blanditiis amantum. Caf. 2.3.ver.13. Pœn.1.2.verf.152. 176.
Amœnitates Venerum. Stich. 2.2.v.5.
Amoliri: amouere. Pseud. 3.2.verf.67.
Amolini passiuè, pro *amoueri*, remoueri Most. 2.1.v.24.44.
Amolini se. Truc. 2.7.v.68.
Amor. Deus munditians: h.e. mundus. Caf. 2.3.v.1.
Amor appellatiuè. Bacch. 1.2.verf.7.
Amor clandestinus Curc. 1.1.v.49.
Amore cæcus. Mil. 4.6.v.44.
Amor insanus. Merc. 2.1.v.39.
Amor mutuus, amor suauissimus. Cist. 1.3.v.45.
Amor mutuus, cultu optumus. Mil. 2.1.v.23.
Amor pactus obscurat. Trin. 3.2.v.41.
Amor stultitia est. Cist. 1.1.v.63.
Amor surreptitiuus: est furtiuus amor, clandestinus. Curc. 1.3.v.49.
Amore deperire. Cist. 1.3.v.43.
Amore perditus. a. Mil. 4.6.v.38.
Amore perditus. Cist. 1.2.v.13.
Amore perire. Pœn. 1.1.v.14.
Amores, pro amica. Most. Arg. ver. 1. Curc. 2.3.v.78. Mil. 4.8.verf.67. Pœn. 5.3.v.42. Plane amatorium loquendi genus, vt ostendam: hanc puellam solam curæ sibi cordique esse. Sic *mea delicia, mei lepores* sæpe apud Carullum. Macro. Somn. Scip. lib. 1. cap. 3.
Amoris poculum φιλῆτης. Truc. 1.1.v.22. Seneca *Amatorium*. vocat Epist. 9.
Amoris Via. Perf. 1.1.v.1.
Amoris rota. Cist. 2.1.v.4.
Amoris macula inest in pectore. Pœn. 1.1.v.70.

Amoris prandium: amor ἀφῆσις φρασηὶς
 Truc. 2.1.v.4.
Amos ἀρχαῖος, vt *colos, Sapos, nidos*, Curc. 1.2.verf.2. Vbi tamen anus blefa sic loquitur.
Amouere ablegare, amandare. Epid. 2.2.v.95.
Amouere, pro remouere, amandare. Bacch. 4.8.v.64.
Amouere, dimouere, remouere, deponere. Pseud. 1.2.v.11. *Amouere somnum socordiamque*.
Amouere crapulam. Pseud. 5.1.v.35.
Amouere loco. Truc. 1.1.v.63.
Ampeclere susibus. Rud. 3.5.v.36. vide etiam *Peclere pugnis*,
Amphora. Caf. 1.1.v.33.
Amplectamur: passiuè. Pœn. 5.4.v.89.
Amplectari, & Amplexari dicebant. Truc. 5.1.v.32.33.41.
Amplecti, osculari Most. 1.4.v.9.
Amplexari. Pœn. 5.5.v.22. Amph. 1.2.v.3. Pseud. 4.4.v.6. Bacch. 5.2.v.74. & 1.1.v.44. & 5.2.v.33. Af. 5.2.v.33. Caf. 2.8.v.37.
Amplexari atq; osculari. Mil. 2.2.verf.90.
Amplexari & osculari inter se. Mil. 5.1.verf.40.
Amplexari amicam. Pseud. 2.4.v.32.
Amplexare. Pœn. 5.4.v.57.
Ampliter Pseud. Prolog. v.11. Caf. 2.8.v.67. Mil. 3.1.v.162. Bacch. 4.4.verf.26.
Ampliter testis. Amph. Sc. *Di voftr.* verf. 58.
Ampliter: sumtuosè. Stich. 5.4.v.10.
Ampliter occupari. Cist. 2.3.v.54.
Ampliter & hilare accipi. Merc. Prol. verf. 99.
Ampulla In itinere frequentata, vt & Zona. Persio Oenophorus. Erat vas ventriosum. Inde apud Authores pro verbis magnificis, tur-

turgidis, & grandiloquis. Merc. 5.2.v.87. Perf. 1.3.v.44. Ad quem locum, vide Taubm. & Petronium Goldast. Itemq; Mercurialis Gymnastica.
Ampullæ rubida. Stich. 2.1.v.77. vide Festum Pomp.
Ampullaria canulationes: quæ in balneo, dum vnguebantur, iactabantur à paratit. Stich. 2.1.v.74.
Ampullarius, qui ampullas corio integit. Rud. 3.4.v.50. Erat autem *Ampulla* vas vinarium ex corio. Dicitum quoque fuit *Pilascia*, vt patet ex glossis Isidori. Item *ολπη, θερμασλίνη λευκος* Scholast. Theocr. Pharmac. Lucill. *Terginum calicem* appellat. Pol. *λυκος βόειος*. Apul. *στρίς Vinaris* D. Matth. cap. 9. *ἀσκούς παλεός* appellat. De Ampulla olearia vide Wowerum ad Petron. pag. 397. Edit Goldast.
Amuffitata in doles: ad amuffim quasi facta. Mil. 3.1.v.37.
An: elegans vsus huius particulæ. Pœn. 4.2.v.10.
Anactorium. Pœn. Prol. v.87.
 ANASTROPHE. Vide etiam METATHESIS. Exempla apud nostrum hæc sunt:
Amicum erga. Trin. 5.2.v.4.
Equitatus pro satagi. Merc. 2.1.verf.4.
Facere satis. Af. 2.4.v.89.90.
Fecisti lucri: pro lucrificisti. Pœn. 3.5.verf.26. Perf. 4.4.v.118. & 4.7.verf.3.
Fieri compendi. Af. 2.4.v.41.
Igitur cum, pro *cum demum*: *Als dann allererst*. Eleganter admodum. Most. 1.2.v.51.
Ire præ, pro *praire*. Pseud. 1.2.v.37. & 1.3.12.

Loca hæc circiter. Cist. 4.2.v.8.
Med erga. Af. 1.1.v.5. Epid. 3.3.verf. sicul.8.
Me aduersus. Bacch. 1.2.v.19.
Minus quò. Trin. Arg. v.6.
Nam cur? Amph. 2.1.v.33.
Nam qui? cur nam. Epid. 1.2.verf.29.
Nam qui? pro *quinam*. Most. 1.3.verf.100.
Nam quod? pro *quodnam*. Most. 1.3.verf.34.
Nam quos? quonam. Curc. 1.1.v.12.
Ne illi: pro, *illinc*. Pseud. 1.2.verf. sicul.71.
Ne obliuus: oblitus ne. Truc. 4.2.v.23.
Nam quid? Amph. 2.2.v.28. Most. 2.1.v.21. & 3.2.v.33. Epid. 1.1.v.55. & 1.2.v.13.
Ne surreptum, pro *surrepptomne*. Aul. Prol. v.39.
Opere maximo. Pseud. 3.2.v.107.
Opere tanto, pro *tantopere*. Bacch. 2.2.ver.1. Epid. 5.2.verf.55. Cist. 4.2.verf.47.
Qua cum. Cist. 2.3.verf.44. Bacch. 4.4.v.5.
Qua propter. Trin. 5.2.v.40.
Qua ex. Ex qua. Epid. 2.1.v.4.
Quem ad. Bacch. 2.1.v.7.
Quem penes. Pœn. 5.4.v.15. Amphit. 2.2.v.21.
Quam penes. Truc. 4.4.v.11.
Quam propter. Bacch. 4.9.v.109.
Quem propter: propter quem. Rud. 2.6.v.12. Aul. 4.10.v.56. Amphit. 4.1.v.8.
Qui cum, cum quo. Cist. 1.1.v.79. Epid. 2.2.v.34.
Qui cum, cum qua. Caf. 3.5.v.37.
Quo ab. Af. 1.1.v.106.
Quo ex. Af. 4.1.v.20.
Qui pro, pro quo. Af. 2.3.v.17.
Quos inter. Merc. 4.4.v.12.

Seruus homo. Seruus. Epid. 1.1. vers. 58.
Sis videt; videfis. Aul. 1.1. v. 7.
Sponsio: pro. Trin. 2. 4. v. 26.
Te aduersum Amph. 3. 2. vers. 55.
Vocem quam pervius. Pœn. Ptol. vers. 13.
Vivis cum. Truc. 1. 2. v. 50.
Hucusque Anastrophe.
Anates in deliciis puerorum. Capt. 5. 4. v. 6.
ANATICVLA in blanditiis amantium. Af. 3. 3. v. 103.
Ancilla. Rud. Prol. v. 73.
Ancilla lavinam lavans. Curc. 4. 4. v. 24. vide *lavinia*.
Ancilla Sirago. Merc. 2. 3. ver. 79. vide **APPOSITIO**.
Ancilla onis dicitur vt Apul. ancilla gallina, & Virgilio *ancilla Cœrua.* Merc. 3. 1. v. 26.
Ancipes securicula. Rud. 4. 4. versicul. 114.
Ancipes: anceps. Rud. 4. 4. v. 114.
Anellus aureolus. Epid. 5. 1. v. 33.
Angere animi. Epid. 3. 1. v. 6.
Anger mœrore. Stich. 1. 1. v. 47. Ter. Heaut. 2. 2. v. 3. Sic enim ductu Mif. legendum censeo, quicquid fecus arbitretur Wittebergenfis Editor. Potius standum iudicio magnorum Philologorum: imò ipsius cod. Mif. Schobingeriani, in quo teste Goldasto nostro defectum est *Anger*.
Angina est inflammatio faucium. Græcis *κνίγγη*, & *λνκίαγγη*, quod canes & lupos frequenter afficiat. vide Glossas antiquas, & Scalig. ad Festum. & Turn. 12. 16. Most. 1. 3. v. 60. Trin. 2. 4. v. 139.
Anginâ acerrimâ sues moriuntur.
Angiportulus: olim meretricum diuerticulum. Cist. 1. 2. v. 9. Most. 5. 1. vers. 4.

Angiportum, Pseud. 4. 2. vers. 6. & 4. 7. v. 134.
Angues iubati. Amphit. 5. 1. v. 56. vide *Iuba*
Anguilla est: elabitur Pseud. 2. 4. v. 57. Vide Prou.
Anhelitum recipere. Epid. 2. 2. vers. 21. Mer. 3. 4. v. 16.
Animum aduortere. Pœn. 3. 2. vers. 1. 4. Rud. 4. 4. vers. 18. & 109. & 4. 3. v. 22. Trin. Prol. v. 7. & 4. 2. v. 39. & 4. 2. vers. 52. & 1. 2. v. 28. & 4. 2. vers. 97. Curc. 5. 2. vers. 36. & 5. 3. v. 23. Caf. 2. 6. v. 11. & v. 41. & Prol. v. 29. Cist. 2. 1. v. 34. Bacch. 4. 4. v. 101. Capt. 5. 2. v. 14. Pseud. 1. 2. vers. 19. 23. & 1. 3. v. 1. & v. 42.
Animus: pro sententia, opinione, iudicio. Men. 1. 3. v. 17. Aul. 3. 6. v. 3. & 3. 5. v. 4. Bacch. 3. 2. v. 10. & 1. 1. v. 69. Epid. 1. 2. v. 8. Stich. 1. 1. v. 33. Amphit. Prol. v. 58. Cist. 1. 1. v. 5. Truc. 2. 3. v. 18.
Animum bonum habere. Truc. 2. 6. v. 44.
Animati milites. Bacch. 4. 9. v. 18.
Animatum esse, hoc vel illo modo: Pseud. 1. 2. v. 18.
Animatus Af. 3. 1. v. 1
Animatus erga al. Capt. 2. 3. versicul. 47.
Animi lassus. vide litera A.
Animus percitus. Men. 2. 1. v. 44.
Animo aquo. Truc. 2. 1. v. 24.
Animos tollere: superbiere. Truc. 2. 8. v. 10.
Animus lenis & tranquillus. Epid. 4. 1. v. 35.
Anim : pro libidine, & affectu à ratione auerso. Amph. 1. 1. v. 134. Trin. 2. 2. v. 25. 27. 28. 30. 32.
Animi: pro cogitationibus & libidinibus variis. Epid. 1. 1. v. 43.
Anime mi blandientis vox. Curc. 1. 2. v. 3.

Anime in blanditiis. Rnd. 4. 8. v. 1.
Animo gaudere. Stich. 2. 1. v. 53.
Animo clementi ignoscere. Mil. 4. 6. v. 37.
Animo auscultare: obtemperare. Eleganti phrasi. Pseud. 1. 3. v. 8.
Animo liquido esse. Pseud. 1. 3. v. 3.
Animo liquido & tranquillo esse. h. e. à curis soluto & minime sollicito. Epid. 5. 1. v. 36. Aul. 1. 2. v. vocauit *animum defœcatum*.
Animus ibi est. Truc. 4. 4. v. 13.
Animus nubilus. Cist. 2. 1. v. 5.
Animo bono male rem gerere: strenue perire. Truc. 4. 2. v. 16.
Animo animatum esse. Men. 1. 3. v. 20.
Animo atq; corde libentissimo. Pseud. 5. 1. v. 26. & 5. 2. v. 22.
Animus magister exercitor. Trin. 2. 1. vers. 3.
Animatus es. Tru. 5. 1. v. 71. *Si quid animatus es facere.*
Animatus. Trin. 3. 2. v. 72. 89.
Animum inducere, est sibi persuadere. Epid. 4. 1. v. 23. Pœn. 4. 2. vers. 54. Trin. 3. 2. v. 87. *In An. induc.*
Animi miser. Cist. 4. 2. v. 3.
Animo miser est. Truc. 2. 7. versicul. 36.
Animum adiuicere ad. Merc. 2. 2. versicul. 62.
Animi violenti. Truc. 2. 7. versicul. 42.
Animum inducere. Stich. 2. 3. versicul. 21.
Animus in tuto loco est. Pseud. 4. 5. vers. 1.
Animus bonus hoc est fortis. Capt. 2. 1. v. 8.
Animus titubans. incertus. Pscu. 1. 1. vers. 42.
Animus redit. Truc. 2. 4. versicul. 16.
Animus falsiloquus, falsificus, falsiniurius, Mil. 2. 2. v. 36.

Animus atque ingenium. Bacch. 3. 3. vers. 90.
Animus & cor. Truc. 1. 2. v. 74.
Animi impos. Caf. 3. 5. v. 7. Truc. 4. 3. vers. 54.
Animus proteruus, iracundus, in domitus, incogitatus. Bach. 4. 3. vers. 1.
Animus æquus: neutram in partem nimium propensus. Rud. 2. 3. vers. 71.
Animo quieto esse. Most. 2. 1. versicul. 49.
Animus adest, non adest, sed peregrinatur alibi. Caf. 3. 3. v. 9.
Animus remigrare eleganter dicitur, cum ad pristinam tranquillitatem redit. Epid. 4. 1. v. 42. Quem admodum etiam loquitur Symmachus libr. 1. Epistol. 11. Edit. Schopp. *Tūc mihi animus ab agritudine remigravit.* Et lib. 7. Epist. 77. *In tranquillum demū animus remigravit.* Sic enim ibi liber Schotti & Vaticanus, itemque Pithæanus.
Animi cruciabilitates. Cist. 2. 1. v. 3.
Animum aduertere. Epid. 3. 4. versicul. 24.
Animum adicere amabiliitati. Pœn. 5. 4. v. 1.
Animum adhibere. Stich. 1. 2. v. 46.
Animus defœcatus, hilarus. Aul. 1. 2. vers. 1.
Animus in blanditiis amantum. Af. 3. 3. v. 74. & 5. 2. v. 90. Curc. 1. 3. v. 9. Bacch. 1. 1. v. 48. Most. 1. 4. vers. 23. Mil. 4. 8. vers. 20. Men. 1. 3. vers. 1.
leben hat er seingutt verthan.

Delitia. in blanditiis. Picud. 1. 2. v.
 40. 90. Stich. 5. 5. v. 1.

Delitia summatum virum.
Delitia pepuli. de urbano securâ.
 Most. 1. 1. v. 14.

Delicias facere: irridere, ludere.
 Men. 2. 3. v. 30. Pœn. 1. 2. v. 68. 83.
 Catullus. *Si quis delicias diceret*
aut faceret.

Deligare. Men. 1. 1. v. 13.
Deligere est separare, eicere, elimi-
 nare. Afîn. 3. 3. v. 42. Meu. 3. 1. v. 8.
 Ita quoque explicat Nonius ex
 Plauti Curcul. Ter. Ade ph. *ubi*
expectatum elegisti foras. Lucill.
 corrumpat prorsus ac neruos eli-
 gat omnes. Propert. 1. 2. Eleg. 11.
 Altaq; mortali deligere astra ma-

nu. Lucret. 1. vi. *Inde sonus sequi-*
tur qui tardius alligit aures. Vir-
 gil. in Ætna precipiti *delecta sono*.
Delingere salem dicuntur qui per
 quam tenuiter victitant. Curc.
 4. 4. vers. 6. Perf. 3. 3. v. 25. vide Pro-
 sverb.

Delinire, est verbis blandis demul-
 cere δελνεν. Afîn. 2. 4. v. 22. Ci-
 stell. 2. 1. v. 40. Stich. 3. 2. v. 4. *De-*
linire dictis.

Delinquere. Men. 2. 1. v. 46. Pseud. 4.
 7. v. 125.

Deliquesco. Cal. 2. 6. v. 47.
Deliquio esse in tertio casu: vt, *bono*
esse, solatio esse. Capt. 3. 4. v. 93.

Deliquum, quod deest: a delinquen-
 do, quod delinquit h. e. deficiat.
 Cal. 2. 2. v. 33. Tubero: *Num de-*
linquit, aut superest tibi? Cælius:
delinquere siumentum. vt *Reliquiū*
 à relinquo, ita *deliqui mā* delin-
 quo *Delicium* Glol. αὐτομα. Sic
 Deliquum & Reliquum op-
 posita inueniuntur. Dici-
 mus enim: *reliquum est mihi*
 h. e. nihil ultra residuum factū
 est mihi. Contra: *Nihil deliquum*
est mihi, hoc est, nullius rei indi-
 gus sum.

Delirare. Metaphoricum est à re rû-
 sticâ. Plin. lib. 18. cap. 20. de oc-
 casione: Hòc quoque ubi cōsue-
 tudo patitur, crate tentata, vel
 tabula aratro annexa, quod vo-
 cant *lirare* operientes semina.
 Vnde primum appellata *Delira-*
tio est. Transfertur maximè ad
 senum stultitiam. Men. 5. 2. v. 63
 & 5. 9. 15. Cic. Catone M. *senilis*
stultitia, qua deliratio appellari so-
 let. Sæpe apud Comicos. Epid. 3.
 3. v. 10.

Deliramenta sunt nugæ. Amph. 2. 2.
 v. 64. & 95. 98. Men. 5. 5. v. 21. De-

riatum à *lyra*, quod est aratio-
 nis genus teste. Isid. cum agri-
 colæ factæ semente dirigunt sul-
 cos. Inde *Delirius*, qui à recto or-
 dine & quasi de sulco & lirâ Ra-
 tionis euagatur. Vnde *delirare*:
 de quo paulo post.

Delphicum responsum, sive oracu-
 lum. Pseud. 1. 5. v. 65.

Delubrum. Pœn. 5. 4. v. 2.

Deluctare arumnis: pro deluctari. Et
 est syntaxis Græca Poetis, im-
 primis Horatio, usitata. Trin. 4.
 1. v. 20.

Deluctari: αὐτὸν αὐτὸς. Perf. 1. 1. v. 4.

Deludere, irridere, contemnere. A-
 fîn. 3. 1. v. 24. Amph. 1. 1. v. 138. &
 3. 3. v. 26. & 3. 4. v. 14. vide phra-
 seol.

Deludificare indignis modis. Rud.
 1. 2. v. 59.

Demarchus Tribunus plebis. Apud
 Dorientes vocantur *demurgi*.
 Curc. 2. 3. v. 7.

Demensum dare: copiose, non par-
 cè: αὐτὸν αὐτὸς. Men. Pro. l. v.
 14.

Demere est de toto auferre. *Adime-*
re ipsum totum auferre. Bacch.
 4. 4. v. 14.

Demerere: mereri Pseud. 4. 7. v. 9. A-
 gel. lib. 1. cap. 8. *Lais Corinthia*
 ob elegantiam venustatemque
 grandem pecuniam demere-
 bat.

Demeritas latitias dare. Pseud. 2. 4.
 v. 14.

Demetrius pater Clinia ex fabula
 antiqui Comici forte Turpilij.
 Bacch. 4. 8. v. 71.

Demigrare. Amph. 1. 1. v. 84.

Demittere. Truc. 2. 7. v. 10

Demirari: valde mirari. Men. 5. 1. v.
 6. Stich. 2. 1. vers. 109. Merc. 4.
 2. v. 7.

Demissis manibus fugere. Epid. 3. 4. vers. 16. vide *Proverbia*.
Demissis pedibus Solare. Pseud. 3. 2. v. 52. vide *Proverbia*.
Demissita tunica. Pœn. 5. 5. v. 24.
Demolitor ἀεζαϊκός. Bacch. 3. 1. v. 16.
Demonstrare: commonstrare. Cist. 2. 3. v. 36. Trin. 1. 2. v. 113. Pœn. 3. 2. v. 16.
Demonstrare, pramonstrare. Trin. 4. 2. v. 12. 24.
Demorari: morari. Epid. 3. 2. v. 40. Rud. 2. 4. v. 26.
Demori aliquem: est perditē aliquē amare: deperire. Mil. 4. 1. v. 23. & 4. 2. v. 49.
Demoucri de sententiā. Perf. 3. 1. v. 46.
Demum pro tandem. Most. 3. 2. vers. 159.
Demum cum, tunc. Merc. 3. 2. v. 9.
Demutare. Trin. 4. 4. vers. 119. Pseud. 1. 5. v. 142. 153. Men. 5. 2. v. 18. Mil. 4. 3. v. 37.
Denutare poculo. Stich. 5. 4. v. 42.
Denumerare. Most. 3. 3. v. 18.
Denique tandem. Trin. 4. 2. v. 93.
Dentatus vir. est vel is, qui magnis dentibus est, vel qui mordax. Pseud. 4. 4. v. 13.
Dentes blenni sunt dentes stupidi, rubiginosi, & tamquam mucosa illaue obstiti. βλένια muco: βλενός stultus, fatuus, pædidus. Curc. 2. 3. v. 39. Bacch. 5. 1. vers. 2. Cicero lib. 2. de Natura Deorum: *Quibusdam regionibus contingere Sidemiss, hebetiora et sint hominum ingenia, propter cæli blenniozem naturam. Ita enim emendat Thales noster I. Grueterus* Marcial. lib. 7. Epigr. 45.
 — *Pauperibus munera blenna da: o.*
 Propert. lib. 1. Eleg. 16. — *munera blenna tacontem.*

Dentes calceati. Capt. 1. 2. v. 78.
Dentes ferrei: de milite. Truc. 5. 1. vers. 43.
Dentes pueris cadunt septuennibus. Men. 5. 9. v. 57.
Dentibus albis deridere. Epid. 3. 3. vers. 47.
Dentibus bonis esse. Truc. 2. 1. v. 14.
Dentifrangibulus fictē. Bacch. 4. 2. vers. 23.
Dentifrangibula: Articuli digitorum, seu pugni sic fictē appellantur. Bacch. 4. 2. v. 14. vide etiam Amph. 1. 1. v. 166.
Dentilegum facere. Ita dedolare verberibus, vt dentes colligere necesse habeat. Capt. 4. 2. v. 18.
Dentire. ἰδὸς φρεῖν, dentes primum emittere, quod non fit sine dolore. Plautus μετὰ φρεῖκός vsurpat de famelicis parasiticis, quibus dentes dentium præ fame, vbi famelicis canibus crepare solent. Græci etiam μολιαν dicunt. vide Scal. ad Catalecta Virgil. Mil. Glo. 1. 1. v. 34.
Denumerare. Rud. 5. 2. v. 50.
Denegare. Curc. 2. 3. v. 71.
Deorsum quietem notat sæpe. Aul. 2. 7. vers. 5. Varro: *Qui colunt deorsum, magis aestate laborant, qui sursum, magis hyeme.*
Deorsum dicere se est descendere. Nonnius. Aul. 4. 8. v. 8.
Deosculari. Caf. 1. 1. vers. 48. & 2. 8. vers. 18.
Deuenire ire. Pseud. 1. 3. v. 52.
Depeculari passiuè. Epid. 3. 4. v. 87.
Depelli dictis. Trin. 3. 2. v. 114.
Depelli compelli A sin. 3. 3. v. 149.
Dependere, deorsum pendere, penultima correpta. A sin. 2. 2. vers. 39. Trin. 2. 4. vers. 25.
Deperdere. Epid. 1. 1. v. 9.
Deperire valde amare. Curc. 1. 1. v. 46.

vers. 46. Epid. 2. 2. vers. 35. 115. & 3. 4. v. 5. Pseud. 1. 5. v. 114. Caf. 1. 1. v. 19. & 2. 8. v. 36. Pœn. Prolog. vers. 102. Milit. 3. 1. v. 200. & 3. 3. vers. 58. & 4. 9. vers. 9. & 4. 2. vers. 9. 35. Mercat. arg. sec. v. 4. Merc. 3. 1. v. 34. A sin. 3. 1. vers. 24. Epid. 1. 1. vers. 62.
Deperit medigne. Bacch. 3. 3. v. 67.
Deperire mutuo. Mil. arg. 2. v. 1.
Deperire amore misere. Cist. 1. 2. v. 12.
Depixiti. Pœn. 5. 2. v. 154.
Depolire dorsum virginis. Epid. 1. 1. vers. 85. vide *Pectere. Exsincerare.*
Deponere caput. demittere. Curc. 2. 3. v. 81. Aul. 3. 6. v. 38.
Deponi vino: pulchrâ halatione dixit noster. Aul. 3. 6. vers. 38. Curc. 2. 3. vers. 81. *Deponere* namque & *Componere* verba in funeribus vsitata fuisse docuit Torrent. ad lib. 1. Horat. Od. 36. vers. 17. & lib. 1. Sat. 9. vers. 28. vide Phras. Ebrietatis: vide & *Percuti vino.*
Deposuit ἀρχαίως. Most. 2. 1. v. 35. vide *Posuit.* Bacch. 2. 3. v. 72. Curc. 4. 3. v. 4.
Depracari alicui. h. e. pro aliquo. A sin. 5. 2. v. 96.
Deprecationes. vide *Syntaxis insolens* de constructione Deprecationū & Adiurationum, imprecationumque.
Deprehendi: cum genitiuo. *Deprehendi doli.* Bacch. 4. 9. v. 26.
Depressum ire. Cist. 1. 1. v. 39.
Depromere cibum. Trin. 4. 2. v. 102.
Depromere: pro promere. Curc. 2. 2. vers. 1. 5.
Depromere glandem prandio. Truc. 3. 1. vers. 2.
Deproperare. Pœn. 1. 2. v. 108.
Deproperare cito. Caf. 3. 6. v. 17.

Depugnare: strenuè pugnare. De est αὐθιγόν. Caf. 2. 5. v. 35. 43.
Depugnare cum animo suo. Trin. 2. 2. v. 24.
Depugnare pralium. Men. 5. 6. v. 31. Est, finire prælium.
Depulsare cubitis. Stich. 2. 2. v. 13. *Depulsa de via.* Alias *Perurgere.* ὠτιζῶ. Hor. 1. 2. Sat. 6. v. 28. *Facienda iniuriatardu.*
Deputare: firmiter statuere. nam De est αὐθιγόν. Amph. 1. 1. v. 6. & Sc. Tun' me. v. 26. Pseud. Prol. v. 19. & 2. 3. v. 25. Cist. 2. 1. v. 9. Trin. Arg. v. 8. & 3. 3. v. 19.
Depurgare pisces. Stich. 2. 3. v. 34.
Derelicta. Turc. 4. 4. v. 14. Pro derelictâ habere.
Derelinquere: pro relinquere. Capt. 2. 3. v. 75.
Derrepente. Most. 2. 2. v. 57. Men. 5. 2. vers. 12.
Deruncinatus est runcina dissectus. Runcina autem serræ genus est, & ῥυγχαρν dicitur. Caf. 3. 4. v. 108.
Deridiculum. Truc. 2. 2. v. 8. Pseud. 4. 4. v. 7. Ita recte scribitur, contradicente quâuis V Vittebergico Critico.
Deridere: pro falsum dicere. Bach. 4. 9. v. 87.
Deridere: irridere Amph. 3. 3. vers. 8. Bacch. 3. 4. v. 8. 18. & 4. 8. v. 22. & 5. 2. v. 8. Pseud. 4. 5. v. 8. & 5. 2. v. 14. Epid. 2. 2. v. 78.
Deridere albis dentibus. Epid. 3. 3. v. 47
Deridiculi gratiâ: h. e. pro ludo & ioco Amph. 2. 2. v. 50.
Deridiculo esse. Mil. 2. 1. v. 14.
Deripere: deorsum rapere. Glossæ ἀφαιδου Aul. 2. 4. v. 42. & 4. 10. v. 11. Mē. 5. 2. v. 17. Rud. 3. 1. v. 8. & 3. 2. v. 35. & 3. 5. v. 10. & 3. 5. v. 5. & 3. 6. v. 2. Phædrus: *Deceptis (feles) ad cubi le setose suis.* Tibull. Sert. ag. de sacris dori-

deripuisse focia. Sic Degredi pro Descendere dixerunt Sallustius, Liuius, Aufonius.
Deripr: abtrahi. Men. 5.7.v.17.
Derisor. Pcen. 5.5.v.7.
Derisores. adultores, parafiti. Capt. 1.1.v.3.
Derisum Genire; irridere. Trin. 2.4.v.45.47.
Describere aliquid. notare. Mil. 3.1.v.167.
Descendere de lecto. Afin. 4.1.v.32.
Descendere. sedere. Pseud. 4.4.v.7.
Desiderare. Bacch. 2.3.v.4.
Desidia: culpa, causa, negligentia. Rud. 1.2.v.4.
Desidia & culpa. Trin. 3.2.v.21.
Desidiabula loca ad desidiam apta. Bacch. 3.1.v.9. Sic ibi uterque Mff. Camerarij: non, despoliabilia: quod probat Nonius & Lambinus.
Designare: ostendere. Most. 5.1.v.64. Sic enim ibi legendum cenfeo cum Acidalio, qui primus ostendit in authoribus & Designare & designare confundi solere ab imperitis librariis.
Designare: est cum nota & ignominia aliquid facere. Nonius: et Donatus ad illum locum. Terent Adelphi. *illa quæ ante facta sunt, omitto, modo quid designauit?* notat Designare esse rem nouam facere, in utramque partem & bonam & malam. Sic Most. 2.1. verf. 65. *Quæ designata sunt.* h.e. quæ nouo exemplo malefacta sunt.
Desilio: desiliui. Rud. Prol. v.74.
Desilio, ni, & iui. Rud. 1.1.v.84.
Desistere. omittere. Pseud. 1.5.v.81. Epid. 1.1.v.38.
Desistere dictis. Rud. 3.3.v.20.
Desistere. nolle: cum verbo Bacch.

5.2.v.52.
Desistere: pro. consistere in aliquo loco. Most. 3.2.v.101.
Desisti. pro superfederi. Mil. 3.1. verl. 141.
Despicere mentis. Epid. 1.2.v.35. Symmachus: *Num vobis videtur multa luxuria ebruius mentis insipere, atque adeo in Poetas non n. dedisse.*
Desitum est, intermixtum est. Most. 4.2.v.42.
Despicatus habere. Men. 4.3. verl. 19.21.
Despicatus, a um. *αδύκνωτος.* Cas. 2.2.v.15. Per Eunuch. *Et illi cruciatur, quæ nos, nostramque, a insolentiam habent despicatur.* Cicero lib. 111. Accusat *Ne hoc quidem retinebimus Iudices, & magistratibus nostris in obtinendo iure nostro no contemisti mi ac despicatissimi esse videamur.* Idem pro Sestio. celi tribuni pl. Despicatissimi hominis furorij.
Despicere: deorsum spectare. Mil. 2.6.v.72. Mil. 2.3.v.16.
Despoliare aliquem. Men. 5.2.v.53.
Despoliator. Trin. 2.1.v.14.
Despoliare. Afin. 1.3.v.52. Vsurpauit etiam Martialis. 1.11. Epig. 50.
Despondere: proprie est patris adolescentis: sicut spondere puellæ patris. Cistell. 2.1.v.21. & 2.3.v.57. Despondere filiam in diuitias: & Trin. 5.2.v.9. in familiam fortem. Rud. 4.8.v.5. Pcen. 5.4.v.95. 107. & 5.3.v.33. & 5.6.v.20. Trin. 5.2.v.52. Truc. 4.3. verl. 51. videatur. *Albericus. Gentilis de Nup. iis lib. 2. cap. 2. pag. 121.*
Despondere: despondi, & desponendi. Trin. 3.1.v.2.3. Spondere filiam sepius.
Despondere virginem. Cistell. Arg. v.7. Cui. 5.2.v.63.

Despon-

Despondere animum. Mil. 1.1.v.6. & 4.2.v.62. Mer. 3.4.v.29.30. Men. Prol. v.35.
Despuere, est abominari aliquid, *Deripere.* Afin. 1.1.v.26.
Desquamare pi. cis. Aul. 2.9.v.1.
Desinare: emere. Perf. 4.3. verl. 72. 116.
Destinare: de pactione connubiali data arrha. Rud. Prolog. v.45. Sic Apul. lib. 4. Miles. *Pacto iugali destinatus.*
Destinare: constituere secum. Merc. Arg. sec. v.13.
Destimulare bona, est diminuerè, & quasi stimulo admoto decerpere, & summani pecuniæ lædere. Bacch. 1.1.v.30.
Desubito. Mostell. 2.1.v.63. *De* auge, vt in *d. repente.* Stich. 5.4.v.39.
Desultura & insultura equi. Mil. 2.3.v.9.
Detegere: proprie rectum demere. Rud. 1.1.v.3. *Ibidem* v.5. *Deturbare detecto regulas.*
Detegere domum ventus dicitur, cum deiicit tectum. Most. 1.2.v.59. & 1.3.v.6. *uera* *φορως* dicitur.
Detegere corium alicui. Epid. 1.1.v.63.
Detegere mensam: dicuntur parafiti. Men. 1.1.v.2.
Deterrere aliquem: aliter persuadere. Mil. 2.3.v.61.
Deterrere de. Trin. 2.4.v.159.
Deterrum neg. ita. Trin. 2.3.v.2.
Detestari: valde testari *αδύκνωτος.* Men. 5.2.v.61.
Detexere. Amph. 1.1.v.117. Pseud. 1.4. ver. 7. *Abweben* Textoriae artis verbum. *ἀφωβέναι τὸν ἵσθν.* Gl. *Detexo,* *αφωβέναι ἵσθν.* Titinnius Fullonibus: *Quæ inter annos decem acquisisti togam unam detexere.* Alii Deponere telam dixerunt.

Vlp. ff. 34. Tit. de auro, argento, mundo. *Vestimenti id est, quod detextum est, nisi defectum non est, quod in tela est nondum detextum, contextum appellatur. Si quis igitur Vestem legauerit: neque stamen, neque subtegmen legato continebitur.* Virgil. Eclog. 2. *mollis detexere iunco.* Vbi Seruius: *Detexere,* id est, multum texere. *finire, perficere.* Nam *De* modò non minuētis est, sed augētis. Atque inde *Detext* lana dicitur, cum perfecta est, & a textrinis instrumentis detrahi potest: adeoque *Detexere* pro auferre vsurpatur. Virg. 10. *Æneid.* *Dum textit Imoona desus,* h.e. *spoliat.* Bacch. 2.3.v.5. dixit *Extexere.*
Detrudere in molas. Pcen. 5.3.v.52.
Detruncare. Capt. 4.4.v.7.
Detruuncinare: pro fallere, decipere. Mil. 4.4.v.6.
Deturbare, Herinder schlagen. Mil. 2.2.v.6.
Deturbare: cum impetu quodam deiicere. & decutere dicitur tempesta. Most. 1.2.v.59.
Deuere. Pcen. 4.2.v.81.
Deuenire, incidere. Afin. 1.1.v.92. Epid. 3.2.v.28. Bacch. 2.3.v.84. Afin. 4.3.v.10. Pcen. 3.3.v.14. Rud. Arg. v.5.
Deuincere, superare. Pseudol. 2.3.v.12.
Deuincire ad. Pseud. 1.2.v.66.
Deuitare. Rud. 1.2.v.79.
Deum pax. Pcen. 1.2.v.43.
Deum atque hominum me pudet. Trin. 4.2.v.67.
Deum virtute: bonitate, clementiaque. Mil. 3.1.v.81.84.
Deuungere se vino. Pseud. 1.2.v.88. Sic ibi legendum existimo, tamen si Mil. *Deuungit* habeant. Nam *δύφθλις* de vino, vt de oleo loquitur.

Deoluere aliquem Vita sua. Men. 5. 5. v. 5.
Deurare. Rud. 2. 6. v. 60.
Deurare nomen: balbutiendo mufitare. Trin. 4. 2. v. 63.
Deurare orationem auribus. Pœn. 5. 2. v. 9.
Deurare aliquem. Afinar. 2. 2. v. 71. Pseud. 4. 7. v. 26.
Deurare, nequam verbum quandoque. Afin. 2. 2. v. 71. Sic apud Apuleiū Exedere 8. Metam. Et heus, aiunt, caue ne solus exedas tam bellū sc. pullum. Apud Lucillum *commanducare & comesse.* Commanducatur Totum complexa, comestque. Similiter fortē accipitur *edere* apud Non. Quod editis nihil est, si vultis quod caceris copia est. Pompo. Prostibulo. Ego quæro quod edim: has querere quod cacent, contrarius est. Item *vorare* apud Catul. *Nescio quid certe est: an & v. de fama susurrat,*
Grandia te mediū tenta vorare Siri.
 Et: *Non si demisso seipse voret capite, Nam dextra pater inquinatioe Culo filives est voratiore.*
Deuortere in. Pseud. 4. 2. v. 6.
Deuoti. cōmorari alicubi ad tempus. Pseud. 2. 2. v. 63.
Deuoti in hospitium. Trinum. 3. 2. v. 47.
Deuotare, execrari. Casin. 2. 6. v. 36. Cic. Paradox. 1. *Qua patrem Decium qua filium deuotauit.* Accius Decio: *Patrio exemplo me dicabo, atq; animam deuotabo hostibus.*
Deus loquendi. Cist. 1. 3. v. 2.
Deus tranquillus. Capt. 4. 2. v. 85.
Dextrororsum. Rud. 1. 2. v. 87. & 2. 3. v. 38. Cur. 1. 1. v. 70. (2. v. 63.)
Di immortales, omnipotentes. Pœn. 1.

Di bene sortant. Trinum. 2. 4. v. 102. 172. 175.
Di Deaque dent vobis multa bona! Pœn. 3. 3. v. 53. 73.
Di diuit! Trin. 2. 4. v. 35.
Di Deaque omnes te ament! Pœn. 4. 2. v. 37.
Di me saluum seruatumque solunt. Trin. 4. 3. v. 69.
Di melius faciant. Formula aliquid deprecandi: quæ interdum concise effertur, *Di melius,* vel *Dii meliora.* Pseud. 1. 3. v. 80.
Dii magni, minuti, patellarii. Cist. 1. 1. v. 45. Truc. 4. 1. v. 3. vide Philof. *Deorum.*
Di dent tibi qua velis. Pœn. 5. 2. v. 95. Trin. 5. 2. v. 28.
Di dent tibi multa bona. Pœn. 1. 1. v. 80.
Di vestram fidem, mare, caelum, terra: Pœn. 4. 2. v. 78. & 5. 1. v. 20. Tri. 2. 4. v. 190. & 4. 3. v. 63. Truc. 1. 1. v. 8.
Di te seruassint mihi. Trinum. 2. 2. v. 103.
Di perdant. Trin. 4. 2. v. 78.
Di te perduint! Pseud. 4. 7. v. 129. Pœn. 3. 2. v. 9. 33. & 4. 2. v. 41. Trin. 2. 3. v. 10. & 4. 2. v. 150. 155.
Di bene sortant. Formula bonum omē comprecantis. Pseud. 2. 2. v. 51.
Dis volentibus. Ex formula. Additur tamen præpositio *cum.* Mil. 4. 8. v. 41. Perf. 3. 1. v. 4.
Dii irati qui, vide *Prouerbia* & Phil. *Deorū* ex Amph. 1. 1. v. 236. Mil. 2. 3. v. 43. & Phraeol. *Miseria, Felicitatis.*
Dii iratis & inimicis natus. Dicebatur de homine in venusto & misero, cui nihil bene succedit. Most. 3. 1. v. 32. Mil. 2. 3. v. 45. Perf. *Dis iratis Genioque sinistro.* Horat. lib. 2. Sat. 3. v. 8.

Iratis natus paries Dis atque Poetis.
Dis iratissimis. Pœn. 2. 1. v. 4.
Dii coelipotentes. Perf. 5. 1. v. 3.
Dii damnosi, qui damnum inferunt. Bacch. 1. 2. v. 9.
Dii immortales! Exclamatio admirantis & imprecantis. Epid. 1. 1. v. 11. & 5. 1. v. 21. Pœn. 4. 2. v. 101. Truc. 4. 4. v. 10.
Dii minores. Caf. 2. 5. v. 27.
Dii minuti. Caf. 2. 5. v. 24.
Dii propitii. Bacch. 3. 3. v. 48.
Dii superi, inferi, medioximi. Cist. 2. 1. v. 35.
Dii duodecim: Dii duode im. Epid. 5. 1. v. 4. & 5. 2. v. 10. vide Phil. Plaut. Tit. *Deorum.*
Dis dignum est. Trin. 4. 1. v. 12.
Dii quomodo dicantur nos amare. vide *Amare.*
Dii me seruati volunt. Behute mich Gott. Men. 5. 9. v. 61.
Dis fretus: Deos sperare: in Deos confidere. Caf. 2. 5. v. 37.
Dii te ament! Formula salutandi & gratias agendi. Men. 2. 2. v. 6. Pœ. 3. 5. v. 6. Mostel. 1. 4. v. 27. & 3. 2. v. 28. 122. & 5. 2. v. 9. Pseud. 5. 2. v. 5. Rud. 5. 2. v. 16.
Diabathrarius, qui facit & diuidit diabathras. Aul. 3. 5. v. 39. Festus: *Diabathra genus solearum Græcarum.*
Diana Ephesia. Mil. 2. 5. v. 1. Bacch. 2. 3. v. 73.
Diapontius transmarinus. Most. 2. 2. v. 66.
Dicam scribere: licet intendere. à *dicen.* Aul. 4. 10. v. 30. Ter. Phorm. Sexcentas iā mihi potius scribito dicas.
Dica: *dicen,* causa, actio iuris. Aul. 4. 10. v. 30. Pœn. 3. 6. v. 5.
Dicacula amatrix. Afin. 3. 1. v. 8.
Di, are: addicere, promittere.

Bacchid. 4. 9. vers. 72.
Dicax: male loquens, dicens. Curc. 4. 2. v. 26. Truc. 3. 1. v. 15.
Dic dum. Truc. 5. 1. v. 51.
Dico dum. Rud. 4. 4. v. 112.
Dico de xixios. Curcul. 1. 2. vers. 43.
 Rud. 1. 2. v. 36. Mercat. 1. 2. v. 47. Pœn. 5. 4. v. 60. Bacch. 4. 4. v. 65. Capt. 2. 2. v. 109.
Dicere ius. Bacch. 3. 3. v. 43.
Dicere pro addicere. Aul. 2. 4. v. 14.
Dicere iniuste alicui. Pseudol. 2. 2. v. 18.
Dicere male & improbe. Trucul. 2. 7. v. 50.
Dicere iniuste in aliquem. Bacch. 3. 3. v. 59.
Dicere iniuste alicui. Stich. 2. 3. vers. 19.
Dicere pro arbitrari, existimare. Epid. 1. 1. v. 24. Bacch. 1. 1. v. 7.
Dicere diem iuris. Men. 4. 2. v. 16.
Dicere: cōmemorare. Mil. 1. 1. v. 11.
Dicere causam: forensis formula. Men. 4. 2. v. 24.
Dicere alicui: idem est quod *dicere in aliquem.* h. e. conuictiari. Bacch. 3. 3. v. 31. & 4. 4. v. 47.
Dicere in aliquem. Cur. 4. 1. v. 18. Tri. 1. 2. v. 66. vide litt. I. In.
Dicere, pro imprecari. Captiu. 3. 5. v. 86.
Dicere, pro ostendere. Epid. 5. 2. v. 47. *Ipsa res dicit tibi.*
Dicere planius. Cist. 1. 3. v. 5.
Dicla dulcia dare: amara. Truc. 1. 2. v. 77.
Dicla blanda. Epid. 3. 1. v. 2.
Dicla incommoda. Caf. 2. 1. v. 10.
Dicla delirantia. Amph. 2. 1. v. 38.
Dicla pro factis, more Hebræorum. Caf. 5. 4. v. 17. Homerus in *Θ* pro re & facto: Inde a Græco *πρασ* manauit *refes,* & hinc *res.*
Dicla docta, hoc est, lepida, urbana.

Afin. 3.1.v.22. Trinum. 2.2.v.99.
Ennius:
*Haud doctis dictis certantes, sed
maledictis.*
Dicta conducta. Pœn. 3.2.v.3.
Dicta mala: maledicta. Bacch. 4. 3.
v.19.
Dicta: pro maledictis. Afin. 2. 4. v.
77. Mer. 5.4.v.17. Pseu. 1.3.v.124.
134. Ter. Eun. Prol. *Responsum non
dictum esse.* Ibi Eogr.
Dicta pro argumentis. Most. 1.2. v.
15. & 1.3. v.41. vide Indicem Gi-
fanii in Lucret.
Dictator. Trin. 3.2.v.69.
Dictator. Pseu. 1.5.v.2.
Dictare est computare, ratiocinari.
Amph. 2.2.v.38.
Dictatur male: maledicitur. Trin. 1.
2.v.62.
Dictico. Truc. 2.5.v.4.
Dictis parere, scribere, audientem esse.
Perf. 5.2.v.31.32.55.
Dicto obediens, audiens. Perf. 3.1.v.50.
71. Bacch. 3.3.v.35.
Dicto audiens. Men. 2.3.v.89. Afin. 3.
1.v.40. Trin. 4.3.v.55.
Dicto facto ledere. Capt. 2.2.v.53.
Dictum negare: Denegare. Pœn. 5.3.
v.32.
Dictum: proverbum. Mercat. 5.3.
vers. 1.
Dictum, pro *iussu*, vel mandato.
Bacch. 3.3.v.35. *Dicere* enim idem
est quod *iubere*. Et *dicta ducum*
in re militari, pro *iussis*. Sic Var.
Dictatorem ait, cui omnes dicto
sunt audientes.
Dictum, pro *verbo falso & factio.*
Capt. 3.1.v.22.
Lucan. in Paneg.
— *patiuntur dicta iocorum.*
Varro vocat *dicteria*.
Didici: auctui. Pœn. Prol. v.122.
Die pro *diei*. Amph. 1.1.v.119. Agell.

lib.9.c.14. Pseu. 4.7.v.59. *Diei
multum.*
Dii, pro *diei*. Merc. Prolog. v.4. Ita
enim Seruius Fuldanus ad illum
locum Virg. 1. *Æneid. Munera li-
liatæque Dii.* vt *famis fami.*
Die septimi. *ἑξωνῆς.* vide *sodes* Ag-
gell. lib. 10. c. 24. Perf. 2.3.v.8.
Die oculata emere. Pseu. 1.3.
v.66.
Die crastini. *ἑξωνῆς.* Most. 4.1.v.25.
vide Agell. lib. 10. c. 24.
Die cæcâ emere, est pecuniâ non nu-
meratâ emere, vt *Oculatâ die e-
mere.* præsentî pecuniâ emere.
Pseu. 1.3.v.66.
Diecula, pro *mora.* Pseu. 1.5.
v.88.
Diem dicere. Capt. 3.1.v.34.
Diem conficere. Trin. 3.3.v.78.
Diem constituere coram nuptiis. Trin.
2.4.v.179.
Diem sumere: consumere. Pseu. 5.1.
v.36.
Diem corrumpere. Men. 4.1.v.31. Afina-
ria dixerat *lacerare diem.* 2.2.v.25.
Diem concrere. Cal. 3.3.v.4.
Diem suum obire. Pœn. 5.2.v.110. &
4.2.v.82. Cist. 2.3.v.69.
Diem sermone terere. Trin. 3.3.v.67.
Dierectus. Trin. 2.4.v.56. *Abini hinc
directe in crucem actus.* Nonius.
Lege I. Scheckii Præmissa. *Ami-
cus ferentarius.* Tri. 2.4.v.55. Cur.
2.1.v.21. Cal. 1.1.v.15. Merc. 5.2.v.
72. & 4.4.v.16. Rud. 4.4. vers. 126.
Men. 2.3.v.87. Pœn. 1.1.v.32.
Dierecte: rectâ. Bacch. 4.1.v.7. Pœn.
1.2.v.134.
Dierectè, h. e. in morem hominis in
crucem acti. Most. 1.1.v.8.
Dies, Deus. Bacch. 2.3.v.21.
Dies ieiunus. Capt. 3.1.v.6.
*Dies pulcher, celebris, & Senustatis ple-
nus.* Pœn. 1.2.v.45.

Dico

Dies luulentus, hilaris, candidus,
fortunatus. Epid. 3.2.v.5.
Dies lepidus. Aul. 4.8.v.4.
Dies festus, profestus. Aul. 2.8.v.10.
11. Pœn. 5.3.v.14.
Di s festus celebris & nobilis. Pœn. 3.5.
v.13.
Dies festus in blanditijs amantum.
Cal. 1.1.v.49.
Dies iospes. Pœn. 5.4.v.15.
Dies hos aliquos. Truc. 4.4.v.19.
Dies iuris. Men. 4.2.v.16. *Iuris tibi di-
citur dies.*
Dies continui. Cist. 2.1.v.13.
Dies bonus Aphrodisis. Pœn. 2.1.v.
49.
Di s lucrificabilis. Perf. 4.7.v.2.
Dies status. Curc. 1.1.v.5. vide lit. S.
Di s dicta Afin. 5.1.v.11.
Dies præstituta. Pseu. 1.3.v.139. & 2.
2.v.29.
Dies impetrabilis, idoneus ad id im-
petrandum quod volumus. E-
pid. 3.2.v.6.
Dies quasi senex tabescit. Eleganter
dictum. Stich. 5.1.v.8. Lucret. 1.5.
*Crescere iteque dies licet, & tabescere
noctes.* Tibull. *Senex muli* r Ci-
cero. *Senex fama.* Martial. lib. 10.
30. *Senex cygnus* lib. 5.38. & lib. 9.
43. *Senex caecus.* lib. 9.95. Catullus.
Senex phaselus.
Dies ut præterit, aduesperascit.
Bacch. 5.2.v.84. Pseu. 1.3.v.12.
Rud. 4.3.v.62. Catullus: *Sed abit
dies.* Cui Plautus item simile *sol a-
bit.* Merc. 5.2.v.32.
Dies peruersus atq; aduersus. Men. 5.5.
v.1.
Dies exitiabilis. Epid. 4.2.v.36.
Dies noctesq; Pœn. 1.2.v.18.
Dies noctesq; potare. Truc. 5.1.v.12.
Dies alter ad meridiem: selqui dies.
Pseu. 4.7.v.78.
Dies quindecim sunt, cum. Trin. 2.4.

v.1.
Dies mori dicitur, quando compo-
sitionibus totus infumitur Ge-
nio indulgendo. Men. 1.2.v.43.
45.
Stattius lib. 4. *Siluarum: Iam mo-
riente die rapuit me cœna benigni
vindictis.* Sic & componi *leu sepeliri*
dicitur.
Virgil. lib. 1. *Æneid.*
*Aste diem clauso componet ve-
sper Olympo.*
Et Horat. lib. 4. Od. 5.
Condere diem.
Diespiter Iupiter dici pater, æther,
aer. Capt. 4.4.v.1.
Diespiter te perdit. Pœn. 3.4.v.30.
Diespiter me sic amabit. Pœn. 4.2.v.
47.
Diffatigari clamore, est hac illac cre-
ditorum vocibus & clamoribus
fatigari. Epid. 1.2.v.15.
Differentia verborum, vide lit. V.
Differre: in diuersas partes trajice-
re. Rud. 2.3.v.39.
Differre est *astrahere.* Curc. 4.4.v.20.
Differre pro *dissimulare.* Noni⁹. *Auß-
trag* / *Außschrenk.* Aul. 3.2.v.32.
Lucillius.
*Et maledicendo multis sermoni-
nibus differre.*
Differre famâ: malis sermonibus
differre. Trin. 3.2.v.63.
Differre aliquo diebus. Pseu. 1.3.v.124.
Differunt maledicta. Trin. 1.2.v.149.
Differri amore. excruciat. Mil. 4.4.
v.27.
Differri. in diuersum ferri. Donat.
Cist. 2.1.v.5.
Differor cupidine: amore. Pœn. 1.1.v.
28.
Differor latitia. Truc. 4.1.v.3.
Difficultas. periculum, controuer-
sia. Epid. 2.2.v.106.

Difflare aliquid spiritu, quasi ventus folia. Mil. 1. 1. v. 17.
Diffidens absolute dictum, pro, Rebus suis diffidens. Epid. 1. 2. v. 9.
Diffringere *crua*. vide Phil. Plaut. *supplicis*. A sin. 2. 4. v. 68.
Digitos praevidere. Pseud. 3. 2. v. 94. vide litt. P.
Digitulis primoribus. Pœn. 3. 1. v. 63. vide Coluim ad Apuleium.
Digitulis primoribus. vide litt. P.
Digitulus minimus. Rud. 3. 4. v. 25.
Digitum intendere: Deridere. Pseud. 4. 7. v. 45. Legendus Laertius in Diogene.
Digitum longe. Bacch. 3. 3. v. 19.
dignitas, pro *magnificentia*. Bacch. 1. 2. v. 23.
dignor: *πρωτηκως*. Pseud. 5. 1. v. 8. Ita cum Pontano ibi expressi, nisi forte cui magis aridat lectio Passeratij *digne habui*. Virg. lib. 3. Æneid. v. 475. Macrobi. 1. c. 2. 4. *Vt honore vestro hac mensa dignetur*.
dignum: operæ pretium. Merc. 1. 2. v. 22.
dignum est: fas est. &c. Mil. 3. 1. v. 128.
dignum habere: dignari. Merc. 1. 2. v. 7.
dignus alicui. Pœn. 1. 2. v. 46. *Diem dignum Veneri*.
dignus saluti. Trin. 5. 2. v. 29. *ἀξιόπρωτος*.

Virgil.
Indignus auorum.
 Ouid. 3. de Arte:
Curia consilij quam nunc dignissima tanti.
 Suet. Otth.
Et predicaret solum successionis indignum.
diudicare pro iudicare. Amph. 2. 2. v. 45.

diluculo primulo. Amph. 2. 2. v. 105. cum diluculo. Amph. 2. 2. v. 111.
diluere: refutare. Rud. 4. 4. v. 64.
diluere, aceto, vino, aqua, melle. Pseud. 3. 2. v. 27.
dimensum. τὸ *πρωτὸν*. *Cibaria* vt Cice. appellat in oratione Rosciana. & Tertull. Martia. vocat *diaria*. Stich. 1. 2. v. 3.
 Donatus: *Serui quater nos modios accipiebant frumenti in mensum: id demensum dicebatur. utrum à Mense, an à Meriendo, incertum est*. Alij à *dimetiendo* certo deriuant, quoniã certa mensura dabatur.

Iuuenal.
Seruorum ventres modio castigat iniquo
Ipse quoq; esuricens.
 Theocr. Idyll. 17. *ἀρμαλιν ἔμυνη*.
 v. 10. Mensura diuisio, siue demensum. Plura vide Philof. Plautina.
dimidium & *dimidiatum* quid differant. vide Agellium. lib. 3. cap. 14. Aul. 2. 4. v. 14.
dimidiatus. Men. 1. 2. v. 45. vide Agell. lib. 3. cap. 14.
dimidiatus. de homine procumbente. Mil. 3. 1. v. 166.
dinumerare pro *numerare*. Epid. 3. 2. v. 17. 31.
dinumerare, dissoluere. A sin. 2. 4. v. 47.
dinumerare stipendium. Mil. 1. 1. v. 74.
diobolaria scorta. Pœn. 1. 2. v. 58. vide hic quæ ex varijs collegit Taubmanus.
diodorus. Pers. 5. 2. v. 45.
dionysus, Bacchus. Stich. 5. 2. v. 13.
dionysia sunt dies festi Bacchi vel Liberi. Cist. 1. 1. v. 1. 3. v. 8. Curc. 5. 2. v. 45. Pseud. 1. 1. v. 8.

diphilus. Actor fabularum. Rud. Prol. v. 32.
diræ fabula. Pseud. 1. 2. v. 65. vide etiam Propert. lib. 3. Eleg. 14. & Hyginum in Antiope.
diripere: dilaniare. Pœn. 3. 3. v. 32.
diripi. Cist. 2. 1. v. 5.
dirum infortunium. Pseud. 4. 7. v. 44. Sic ibi legendum censeo magnus Passeratius in prælectionibus Parisiis.
dirumpere. Pœn. Prol. v. 17.
dirumpere *εἰς ἀρχήν*. Caf. 2. 5. v. 18. & 4. 3. v. 11.
dirumpere caput. Bacch. 3. 3. v. 37.
dirumpi pro ira. Bacch. 4. 2. v. 21.
δύσωνος *πρωτος* est. *dispercutio*. Caf. 3. 5. v. 19.
discanere malo. Men. 2. 1. v. 24.
discedere non male: beari. Elegans formula. Stich. 2. 3. v. 69.
disceptator. Most. 5. 2. vers. 16. Idem quod arbiter, qui litē disceptare & iudicare debet.
discere de aliquo. Pœn. 1. 2. v. 68.
discere. audire, scire. Pseud. 2. 3. v. 15.
discere pro audire, accipere. Epid. 4. 2. v. 21.
discere facere est solere facere. Nota formulam. Amph. 2. 2. v. 55. Sic Empedocles *μῆτιν εἶναι* pro *εἰδέναι*.
discidium. Pseud. 1. 1. v. 68. Iam pridē Gabr. Faernus docuit ad Terentium *discidium* à discindendo dictum scriptum in antiquis libris, & vsurpatum pro separatione aut distractione: eoque apud omnes authores corruptū esse: & in *discidium* degenerasse. In folijs verò Pandectis Florentinis incorruptū mansit. Et Mff. Camerario Palatini retinuerūt quoq; *discidium*: eoq; non aliter scribendum in Milite 3. 1. v. 59. Et

Gregorius Bersinan⁹, atq; Hei- cules Ciofanus testantur non aliter in codicib⁹ Nasonianis manu exaratis sese reperisse. Exemplalia hic aggerare nolo. Cui enim bono id foret? Hoc mihi saltem notent Romanæ linguæ studiosi inanē esse illam distinctionem, qua *discidium* dicitur esse animi: *discidium* vero corporis. Disputauit super ea re *πρωτος* author Scioppius l. 2. c. 8. Sed parum idoneo exēplo Gifanij sententiam refutat. Terentius expressisse discretionem illam tollit Andr. 4. 2. v. 14. *Valens, Qui inter nos discidium voluit. Hoc nisi mors mihi adimet nemo*. Viden⁹ quale *discidium* Pamphilus designet? *disciplina πρωτος* pro ratione, & instituto. Cist. 1. 1. v. 18. Bacch. 3. 3. v. 17. Truc. 1. 1. v. 30. & 1. 2. v. 28. Sic enim illum locum legendū duxi dispreto aliorum *disciplina, discipulina, discipula*. Et si enim sententia videatur non nihil hians, tamen interpretatio sua sibi constat, quam ex Mcurfio posui. Tu perpendis, lector.
disciplina Attica. Caf. 3. 5. v. 24.
disciplina ignaua: ratio, modus, mos, consuetudo. Merc. 1. 2. v. 6. 23. A sin. 1. 3. v. 49.
disciplina Ionica: *ὀργητος πρωτος*. Pseud. 5. 1. v. 28.
Disciplina militaris: mos mil. Pseud. 4. 2. v. 47.
Disciplina aliis esse. pro exemplo. Most. 1. 2. v. 74.
Discipulus crucis. suspensio dignus, cruciarius, patibulatus. Aul. 1. 1. v. 20. Sic Mil. 2. 2. v. 28. *Contubernalis crucis*.
Discipuli etiam coquorū dicuntur. Aul. 3. 1. v. 4. Pseud. 3. 2. v. 96.

Discipulus plenus sanguinis. hoc est, adultus & robustus. Bacch. 1. 2. v. 45.

Virgil.

—*quibus integer aut sanguis.*

Discordare. Trin. 4. 2. v. 85.

Discordare. Merc. 2. 1. v. 7.

Discordabile ingenium. Capt. 2. 3. v. 42.

Discrucari. Bacch. 3. 3. v. 31.

Discrucior miser. Pœn. 1. 2. v. 155.

Discubitum in e. Merc. Prol. v. 100.

Discupio. Trin. 4. 2. v. 87.

Discus quid fuerit docet examusim Mercurialis de Re Gymnastica lib. 2. cap. 12. qui videatur. Meminit Plautus. Bacch. 1. 1. v. 7. & 3. 3. v. 24. Most. 1. 2. v. 72.

Diserte & planè *Διςπιδν.* Amph. 2. 1. v. 31.

Disertim: plane. Stich. 2. 1. v. 87.

Dispalescere. h. c. in vulgum disseminari. à *palare*, quod est errare & vagari. Bacch. 4. 9. v. 123.

Disparare in diuersas partes separare. Rud. Prol. v. 10.

Disparare. diuidere. Aul. 2. 4. v. 3.

Dispudium. Merc. Prol. v. 30. idem quod sumtus. Men. 3. 2. v. 20.

Dispendum: damnum. Merc. Prol. v. 53.

Dispennere propriè de auibus, quòd pennas extendunt & expandunt. Mil. 5. 1. v. 14. *Tennere* verò est verbum aucupale. Terent. Phormione Act. 2. Sc. 2.

—*quia non rete accipiunt tennitur, neq; miluio.*

Ita ibi Donatus. Atque hinc *Obstinere* Græc. *εγχετειν.* vide Festum in *obstinere*.

Dispensare pecuniam. Bacch. 4. 9. v. 47

Disperii interii, perii. Comicæ desperationis. Caf. 5. 3. v. 2. Cist. 4. 2. v. 47. & 4. 2. v. 1. Merc. 3. 4. v. 14.

22. & 4. 1. v. 15. Perf. 5. 2. v. 71. Stich. 5. 5. v. 12. Most. 4. 3. v. 36. Bacch. 5. 1. v. 27.

Disperii male. Trin. 4. 3. v. 79. 82.

Disperdere rem. Caf. 2. 3. v. 32. Trin. 2. 2. v. 49. 51. 53.

Disperibit. Pœn. 4. 2. v. 86.

Disperit: perit. Pœn. 4. 2. v. 22.

Disperditur. Pœn. 4. 2. v. 96.

Disperire. Most. 2. 1. v. 28. Mil. 2. 2. v. 8.

Disperire, diuidere. Aul. 2. 5. v. 5. Mil. 3. 1. v. 134. Pseud. 1. 5. v. 26. Curc. 1. 3. v. 33.

Dispersa manus quasi *dispan'a.* Mil. 2. 4. v. 7. Prudent. Panis in altum brachijs. Idem: *Vix panso poterat currere carbaso.*

Virgil. 4. Georg.

Proderit & transum galie admiscere saperem.

Idem.

Vomeris obtunsi dentem.

Vide Agell. lib. 15. c. 15. & Gifan. in Lucr.

Dispoliare. Caf. 4. 4. v. 4.

Disponere verbum militare. *πετιν.* Amph. 1. 1. v. 65.

Disput t valde pudet. Most. 5. 2. v. 44. Bacch. 3. 3. v. 77.

Disputare rationem est soluere æs debitum. Aul. 3. 5. v. 55. Papin. de V. S. *Disputare est conferre accepta & data.* Item alibi: *Percunctandas atque examinandas rationes, & disputandas atq; discutiendas.* vide Notas Gothofredi ad l. 56. princ. de verb. significatione.

Disputare est partium in iudicio. Most. 5. 2. v. 16.

Disputare, pro reputare, expendere, considerare. Most. 1. 2. v. 4.

Disputare aliquid cum aliquo. Men. Prol. v. 50.

Disseo vide *Exitia.*

Disseo pro *disseco*, *δισσεωδς.* Curc. 3. v. 54. Cicero pro Cælio. *Dede te, ac dissece: per me licet.*

Disseidium. Mil. 3. 1. v. 59. vide *discediū.*

Dissignator idem est quod *locarius* *Platzmeister* / qui loca publica ordine distribuit inter honoratos publico ministerio. Pœn. Prol. v. 19.

Disstimulatus vera. Mil. 4. 2. v. 2.

Disstimulare. Pœn. Prol. 112.

Disstimulare operam. Mil. 2. 2. v. 105.

Dissoluere: liberare à curis *μεταφοραως* à seruis vincis. Merc. 1. 2. v. 54.

Dissolutus: solutus. Pœn. 1. 1. v. 20.

Disstare: remotum esse, abscedere. Men. 5. 2. v. 27. 59. *Quid ille autem alis re inatus distitit?*

Disstader tui. Amph. 1. 3. v. 5.

Disstendere diuorsum aliquem. Mil. 5. 1. v. 14.

Disstendere ventres. Caf. 4. 1. v. 19.

Disstractio pulmonum. Curc. 2. 1. v. 22.

Disstrahere rem. Trin. 2. 4. v. 16.

Disstrahi. Cist. 2. 1. v. 5.

Disstringere aliquem: deuincire aliquem, vt latifasciat. Truc. 5. 1. v. 65.

Distribuere verbum militare Amph. 1. 1. v. 65.

Disstruncare medium. Truc. 2. 7. v. 52.

Disstrubare machinas, consilia aliorū. Pseud. 1. 5. v. 137.

Dites, opulenti. Curc. 4. 1. v. 11. 14. 24.

Ditio: pro potestate. Mil. 4. 1. v. 8.

Dius & longum. Pseud. 2. 3. v. 21.

Diu est cum. Asin. 2. 1. v. 3. Merc. 3. 1. v. 44.

iam diu quod. Amph. 1. 1. v. 145.

diua venustissima Venus. Pœn. 5. 4. v. 4.

diuersa staret: seorsum. Truc. 4. 3. v. 13.

diuersoria taberna. Truc. 3. 2. v. 29.

diuexare rem alicuius: fallere, de-

cipere, bonis euertere alios. Perf. 5. 2. v. 4.

Diui, Dij. Aul. 1. 1. v. 10. Mil. 3. 1. v. 134.

diuidere sensu nequiori Aul. 2. 4. v. 4

Petrō. *Adiectis perulantibus dictis:*

sic diuidere nolito. Cicer. Epist. l. ix.

In verbis honestis obsecana ponimus: quid enim? non honestum verbum est *diuisio*? At inest obsecanum, cui respondeat *In-*

tercap. do. Pompon. *Tamquam frater mihi sis medium abdomen*

cum diuidam.

diuidia discordia. Festus. Tristitia.

Nonius. Glossæ: *Δυσφοια.* *Zwie-*

spalt. *ινειζθεια:* molestia, radiū.

Bacch. 4. 6. vers. 1. & 4. 9. vers. 110.

Stich. 3. 1. v. 40. in diuidiam venire. Truc. 4. 4. v. 3.

diuidua vel *diuidia.* molestia, tristitia, mœstitia. Glossæ. *δυσφοια.*

Caf. 2. 2. v. 11.

Propert.

Diuidias mentis cœcitat omnis amor.

diuidia est: dolori, rædio est. Merc.

3. 4. v. 34. Stich. 1. 1. v. 18. Glossæ

vet. *diuidia* *δυσφοια.* Vsurpatur pro molestia: qua animus veluti diuiditur.

diuiduum facere: diuidere. Rud. 5. 2. v. 52.

diuina humana. Trin. 2. 4. v. 78.

diuinitus scire. Curc. 2. 1. v. 33.

diuites boni hominis. Curc. 4. 1. v. 14.

Diuitia luculenta. Rud. 5. 2. v. 33.

Diuitia maxima. Cist. 2. 3. v. 57.

Diuitia opima. Capt. 2. 2. v. 31.

diuitia penuria. Capt. 2. 2. v. 68. Truc.

5. 1. v. 50.

Diuitias apportare. Stich. 3. 1. v. 11.

Diuitias Deum merere. Men. 1. 3. v. 34.

Diuitior. Pseud. 5. 2. v. 24. Aul. 5. 1. v. 20.

Diuitias quarere. Trin. 4. 1. v. 20.

Diuitias facere ex aliquare. Perf. 4.

4. v. 101.

In Diniis ff. Trin. 3. 2. v. 56.
Diu sum irr. Rud. 4. 7. v. 26.
Diuarius distrahor. Merc. 2. 4. v. 2.
Diuertere alicui. Men. 4. 2. v. 71.
Diuortum e diuerfum esse. *Diuortum* mores uirgini ac lupæ. Epid. 3. 3. v. 27.
Diuortum : in genere pro *separatio* ne. Aul. 2. 2. v. 56.
Diuortum & discordiã parare. Truc. 2. 4. v. 64.
Diuortum diuortere. Mil. 3. 1. v. 145.
Diuortum alicuiem in hospitium optimum. Pæn. 3. 3. v. 59.
Diuortum alicui. Men. 2. 1. v. 39.
Diuortum hospitio apud aliquo. Mil. 2. 2. v. 86.
Diuortum hospitio. Mil. 4. 3. v. 17.
Diuos. Diuus, Deus. Amph. Prol. v. 57.
Dolores luctator. Pseud. 5. 1. v. 6.
Diu, pro olim. Most. 2. 2. v. 40. *Iam diu factum est.*
Diuus Fidius. est filius Iouis. h. e. Hercules Διός υἱός Ἠρακλῆς. Afm. 1. 1. v. 8. vide Phil. Plaut. Tit. *Deorum & Iuramenti.*
Dixi. Mil. 2. 3. v. 12. & 3. 2. v. 29.
Dixis dixeris. Capt. 1. 2. v. 40.
Induxis. induxeris. Capt. 1. 2. v. 41. *Vnicui magis unicus.* Capt. 1. 2. v. 41.
Dixi. Merc. 4. 4. v. 14.
Docer pro dicere. Aul. 3. 2. v. 20.
Docilior ad aliquid. Bacch. 1. 2. vers. 56.
Doctus & versutus. Stich. 4. 1. v. 55.
Docte approbantis est. Epid. 2. 2. v. 96. 105.
Docte & perspete sapit. Mil. 3. 1. vers. 161.
Docti, sapienter, cordate, cate. Pæn. 1. 1. v. 3. Epid. 3. 3. v. 23.
Doctus ut. Pseud. 4. 1. v. 31. & 4. 7. v. 65. Pæn. Prol. v. III.

Docti doli. astuti. Pseud. 1. 5. vers. 70. 113.
Doctissime. Pæn. 5. 3. v. 30. *Doctissime monstrare.*
Doctum fieri de aliquo: certiorum fieri. Perf. 4. 3. v. 70.
Doctum dictum : eruditum, & cum eruditione coniunctum. Men. 2. 1. v. 24.
Doctum docere. Pæn. 4. 2. v. 58.
Doctus, astutus, versutus, callidus, malus. Bacch. 4. 4. v. 43. Most. 1. 3. v. 121. & 5. 1. vers. 21. 24. Pseud. 2. 4. v. 35. 39. *Malus, callidus, doctus*, & 4. 1. v. 3. & 4. 8. v. 6.
Documentum dare. Capt. 3. 5. v. 94.
Dolere ab aliquo re. Cist. 1. 1. v. 62.
Dolere oculi. quomodo dicantur, videlicet. O.
Dolere cum tertio casu. *Dolet mihi*. Cist. 2. 1. v. 19.
Dolent illi due ancilla. Truc. 2. 8. v. 3.
Dolet manibus. Truc. 4. 2. v. 55.
Dolet mihi. Men. 2. 3. v. 84. Epid. 1. 2. v. 44.
Doli docti. astuti. Pseud. 1. 5. vers. 70. 113. Bacch. 5. 1. vers. 9. Perf. 4. 3. v. 11.
Doli consuti. Pseud. 1. 5. v. 126.
Doli meditati. Pseud. 4. 1. v. 31.
Doliaris anus. vide *Anus*.
Dolium pertusum. Pseud. 1. 3. vers. 134.
Dolium vini. Cist. 2. 2. v. 7.
Dolius, a, um. Cor *dolinum*. ἰμπεριος dicitur, vt *vinum crucium*, quod acere cruciaret. Meursius prohaustu disunctionem, & persuadet ei sequens mulierum illatio iocosa. Cist. 1. 1. v. 67. & 69. vide etiam *Cor dolium*.
Dolo dicere. Trin. 1. 2. v. 53. & 2. 4. v. 79.
Dolo Troianus. Speculator Græcorum, qui ab Vlysse interfectus. Pseud.

Pseud. 4. 8. v. 7. vide Homer. x. Iliad. Eurip. in Rheso. Virgil. 12. Æneid. Sic Most. 3. 1. v. 29. *Tranionem dixit pro Tranionem*. Et Prologo Amph. *Electrum* pro *Electryone*.
Dolo non dicam : elegans forma. Men. 2. 1. v. 3.
Dolor & labor. Pseud. 2. 3. v. 20.
Dolorem condere in corpus alicuius. Truc. 2. 6. v. 39.
Dolorem capere corde. Truc. 2. 5. vers. 5.
Dolum comminisci. Truc. 1. 1. v. 66. Pseud. 4. 7. v. 63.
Dolores : pro doloribus partus *admiris*. Cist. 1. 2. v. 22. Truc. 2. 5. v. 8. & 2. 6. v. 38. & 4. 3. v. 33.
Dolum procludere. Caf. 3. 5. v. 47.
Dolus malus. Rud. 5. 3. v. 25.
Dolos procludere. Pseud. 2. 2. v. 20.
Dolosus. Pseud. 4. 2. v. 4.
Dolosus pro suppositio. Epid. 3. 2. vers. 36.
Dolum dolare. Mil. 3. 3. v. 64.
Dolus & fallacia. Pseud. 2. 4. vers. 15.
Dolus occidit : evanescit. Truc. 2. 5. vers. 7. *Dolum aggr. diri*. Ibidem. v. 7.
Dolus doctus. Mil. 2. 2. v. 93.
Domare. Amph. 1. 1. v. 168.
Domi apud se. Mil. 3. 1. v. 42.
Domi cupio. Trin. 4. 1. v. 22. Cupidus sum domus. Ter. Eun. Donat. *Quamquam domi cupio, operiar tamen.*
Domi nostros. Truc. 2. 2. v. 6.
Domi pro domui. Curc. 4. 2. v. 32.
Domi domitus. Men. 1. 1. v. 29. vide *Parall.*
Domi bellique. vide litt. B.
Domi duellique, vt Cicero, *domi militis que*. Afm. 3. 2. v. 13.
Domi habere. In proterbio elegan-

ti formulã dicitur, qui non necesse habet aliunde rem aliquam acquirere : sicut in *Mundo habere*. Amph. 2. 2. vers. 7. Perf. 1. 1. v. 46. *Domo experiri*. Afm. 2. 2. v. 53. Cist. 2. 1. vers. 12. *Conielluram domi facere*. Caf. 2. 3. vers. 8. Mil. 2. 2. v. 36. Rud. 5. 2. vers. 48. Merc. 2. 3. v. 20. *Domi doctus sum*. Pæn. 1. 2. v. 7. Ita omnino multæ editiones ibi repræsentant formulam hanc Plauto quasi propriam. Non itaque opus erat Taubmani suggillatione. *Domi est*. h. e. in promptu. Rud. 5. 2. v. 48. Bacch. 2. 2. v. 47. & 2. 3. vers. 131. *Domi à se*. ex se. Caf. 2. 3. vers. 8. *Domi scio*. Truc. 2. 7. vers. 4. *Domi doctus*. Truc. 2. 5. vers. 4. Cicero Lucullo : *Domi nobis ista nascuntur*. Idem Epist. 3. lib. 9. *Sed quid ago hac ad te, cuius domi nascuntur.*
Domi satis. Mil. 4. 4. v. 18.
Domi mee. Epid. 3. 4. v. 67. & 4. 1. v. 36. Most. 1. 3. v. 34.
Dominus dicitur de filio heri. Capt. Prol. vers. 18.
Domini pro histrionum dominis. Afm. Prol. v. 3.
Dominus. de patre familiã, & hero domus Most. 1. 2. v. 29.
Dominus maior, dominus minor. distinguantur apud Vett. vt filii, qui dominos haberent in spe, minores dicerentur. *Patres autem Maiores*. Afm. 2. 2. vers. 63. Sic etiam *Maior hera & minor*. Trucul. 4. 3. vers. 22. Quin & ipsæ filiæ quandoque quæ atate diuersæ essent, sic distinctæ fuerunt.
Domo aduerbialiter ἰμοφῆν. Amph. 2. 2. v. 7. Bacch. 4. 4. v. 6. *Non alitudo acquireret, &c.*

Domo: ē domesticō penu. Curc. 5. 3. v. 7.
Domo abire. Epid. 1. 1. v. 44.
Domus: ἀρχαῖος. Mil. 2. 1. v. 48.
Domum cupere est in patriam reuer-
 ti velle. Vnde *domuitio* apud
 Cornif. ad Herenn. Bacch. 2. 3. v.
 45. Cic. pro Ligar. Tum *Ligarius*
domum spectans, & ad suos redire
 cupiens.
Domum ducere, verbum Nuptiarū.
 Cist. 1. 1. v. 101. Cist. 2. 1. v. 53. & 2.
 3. v. 72. Pœn. 1. 2. v. 57.
Dom = *commentitii*. Trin. 4. 3. v. 20.
Dona Deorum sunt: *Munera* homi-
 num. Rud. Prol. v. 53.
Dona conferre. Men. 1. 2. v. 20.
Dona infecta dicuntur illa, quæ pro-
 missa quidem sunt, sed ex pœniten-
 tia quadā reuocantur. Most.
 1. 3. v. 27.
Donabilis in fortunio. Rud. 3. 2. v. 40.
Donare dono. Stich. 5. 2. v. 8.
Donare poculum: propinare. Pers. 5.
 1. v. 22.
Donici: pro donec ἀρχαῖος. Truc.
 1. 1. v. 18. Capt. 2. 2. v. 89. Pseud. 4.
 7. v. 72. Aul. 1. 1. v. 19. Most. 1. 2. v.
 35. vide Indicem Gifanij in Lu-
 cret.
Dono habere. Pseud. 4. 6. v. 13.
Dormi e arte. Most. 3. 2. v. 147.
Dormire sine omni curā. Trin. 2. 4.
 vers. 20.
Dormire: in Prouerbio. vide *Pro-
 uerbia*.
Dormire pro conuiuere: Curc. 1. 2.
 vers. 66.
Dono dare. Truc. 2. 2. v. 24 & 2. 6. v.
 60. Pœn. 1. 1. v. 41.
Dormibo placidū. Trin. 3. 2. v. 100.
Dormitare negligenter rem curare.
 Aul. 4. 1. v. Epid. 1. 2. v. 58. Bach. 2.
 3. v. 6. Trin. 4. 2. v. 139.
Dormitare in otio. Afm. 2. 1. v. 5.

Dormitator: fur nocturnus ἡμῆγε-
 κοίτης. ἡμεγεκοίτης, & ἡμῆγεκοίτης.
Pramiator nocturnus, grassator.
 Noster posuit pro amatore no-
 cturno. Trin. 4. 2. v. 20. 142.
Dormito. Amph. 2. 2. v. 175. Trin. 1. 2.
 v. 133. Pœn. 3. 6. v. 119. vide verba
 in To.
Dormitum abire. Pseud. 2. 2. v. 70.
Dormitum ire. Most. 3. 2. v. 4. 15.
Dorsus: pro, dorsum. Mil. 2. 4. v. 44.
Dos dapilus. Aul. 2. 1. v. 45.
Dos parata est domi. Trin. 3. 3. v. 6.
Dos marita, dicitur quando quis vx-
 orem quidem dotatam duxit,
 sed dos potius vxor est, & omne
 imperium tenet. Aul. 3. 5. vers.
 62. Epid. 2. 1. v. 11. Sic. Ouid. lib. 3.
 de Ponto Eleg. 15. *maritum fœ-
 dus* dixit. Propert. lib. 4. E-
 leg. 3. *maritam fidem*, & *marita sa-
 cra* Ouid. Epist. Canaces ad Ma-
 charcum.
*Tolle procal decepte faces Hymenae ma-
 ritas*.
 Ita Plin. Columella, Catullus *arbo-
 res maritas, oliuētū maritū*, & *olmā
 maritā*, protulerunt. Et Liuius *do-
 mos maritas*. Guntherus, ad quē
 hæc exempla collegit Clarissim-
 us I. C. Cunn. Rittersbusius, a-
 micus noster, lib. 10. v. 4.
 (Nam fortē faciebat amor, nexu-
 q. mariti.
 Federis. ———
Dotalis seruus. Vide Seruus dotalis.
Dotata vxor. Men. Prol. v. 61.
Dotata vxor. Most. 3. 2. v. 14.
Dotem promittere. Pœn. 5. 4. v. 107.
Dotem: in dotem. Trin. 4. 4. v. 8. & 5.
 2. v. 19. 34.
Dotu Sc. nomine. Cist. 2. 3. v. 20.
Dotis talenta deferre: pro, in dotem.
 Merc. 4. 3. v. 4. Cistell. 2. 3. v. 20.
 Trin. 5. 2. vers. 34. Pers. 3. 1. v. 66.
 Apul.

Apul. Apol. trecentis millibus dotis
 fuit contenta.
Dotis logi: dos logorum. Pers. 3. 1.
 vers. 66.
Drachma argentea. Pseud. 1. 1. v. 99.
Drachma Olympica. Trin. 2. 4. v. 23.
 vide Agellium lib. 1. cap. 16.
Drachmis esse: Venire. Pseud. 3. 2. v.
 19. vide esse.
Drapeta Græci. fugitiui: forte quod
 essent desertores sententiarum
 suarum. Curc. 2. 3. v. 11. 12.
Duarum rerum credere. Amph. 2. 2.
 vers. Truc. 2. 2. vers. 52. vide Cre-
 dere.
Dubia res, periculosa & difficiles.
 Most. 5. 1. v. 1.
Dubitare: pro, cunctari. Pseud. 2. 2.
 vers. 30.
Dubitare: nolle. Men. 5. 7. v. 6.
Dubitare aliquid facere: non dub. ele-
 ganter. Bacch. 5. 1. v. 28.
Dubitare, quin. Pœn. 1. 1. v. 55.
Dubium dare, pro reddere. Epid. 4. 1.
 vers. 17.
Duce ἀρχαῖος. Most. 1. 4. vers. 10.
 Trin. 2. 2. vers. 103. Epid. 3. 3.
 vers. 18.
Ducere. putare, existimare. Capt.
 1. 2. v. 42.
Ducere amicam. Stich. 3. 1. v. 25.
Ducere restim sparteam dicebantur
 olim pueri, quam tam diu tene-
 bant, donec aurumperent, aut
 alteruter, omisā funis pre-
 hensione, in nates conideret.
 Inde Plautus noster. *Si tenetis du-
 cite*. Prol. vers. 116. Vide Scalig.
 ad Varronem de L. L. *Ducere ser-
 tam*: vbi pluscula egregia ad hu-
 manitatem facientia.
Ducere: existimare. Merc. 2. 2. vers.
 51.
Ducere domum. formula nuptialis
 vsitata. Mil. 3. 1. v. 91.

Ducere: de scortis. Most. 4. 2. v. 44.
Ducere exercitum: pro regere. Capt. 1.
 2. v. 46.
Ducere virorum est, sicut *Nubere* fe-
 minarum. Cistell. Arg. v. 6.
Ducere uxorem. Cist. 1. 1. v. 105. Pseud.
 1. 3. v. 24. Alias in re turpi effec-
 tur. vide *Ductare*.
Ducere se ab aliquo est auferre. Amph.
 4. 3. v. 9. Aul. 4. 8. v. 8. Bacch. 4. 2. v.
 11. Pollio lib. 10. Epist. 32. *Duxit
 se à Gadibus*. Terent. Hec. 4. 1.
Duxit se forās.
Ducere noctem: impetrare. Trin. 2. 1.
 v. 11. Truc. 1. 1. v. 28.
Ducere scortum. Men. 1. 2. vers. 15.
 Truc. 3. 2. vers. 10. 12. Stich. 5. 4.
 vers. 48.
Ducere. Obscœnum verbum. Most.
 1. 1. v. 35. Vnde Sallustius repre-
 hensus fuit, quod dixit *ducere*,
 vel *ductare exercitum*, proper-
 ea quod turpiculum esset ver-
 bum.
Ducere sine dote. Trin. 3. 2. v. 67.
Ducere pro fallere. Most. 3. 2. v. 26.
Ducere in supplicij vsurpatum ito
 absolutè. Capt. 3. 5. vers. 63. Sic
 etiam alij authores. Sunt. Calig.
 cap. 27. *A caluo ad caluum duci
 curauit*. Seneca lib. 2. de ira cap.
 33. *Duci protinus iussit*. Idem lib.
 1. cap. 16. de ira. Et lib. de Tranq.
 vitæ. cap. 14. *Duci te iussi*. Et Cō-
 sol. ad Polyb. cap. 35. *Erator eius
 duci iubebatur*.
Ducere & habere verba sunt sæpe
 minus honesta in re amorum.
 Bacch. 4. 10. vers. 10. vide *Ha-
 bere*.
Ducere uxorem indotatam. Trin. 2.
 2. v. 97.
Ducere se aliquo. Amph. 4. 3. v. 9. Sic
 Pollio ad Ciceronem lib. 10. E-
 pist. *Duxit se à Gadibus*.

Duci: de re emta. *Hunweg nemem*
was gefaufft ist. Perf. 4.4.v
41.
Duci pro *decepi*. Capt. 4.2.v.7.
Duci: pro vexari positum. Truc.1
1. vers. 11.
Ductare ambiguo sensu. Most. 3.2.
vers. 163.
Ductare amicam. Pœn. 4.2.v.46.
Ductare labijs: meretricum est, quæ
suos amatores subfannare solêt
contumeliosius Mil. 1.v.15.
Ductare: ducere. *Nihiliducto*. Perf. 4.
4.v.86.
Ductare sortum proprie dicitur. A-
fin. 1.3. vers. 13, 16. & 5.2. vers. 13.
Mostell. 3.2. vers. 162. Sic Te-
rent. Phorm. vt Phaleratis di-
ctis ducas me: *Et meam ductes*
gratis. Sallustius alicubi repre-
henditur quod *ducere exercitium*
in historiis suis vsurpauerit. *Du-
ctare maledictis*. Afin. 1.3. versic.
37.
Ductare. circumducere. Most. 3.2.
vers. 161.
Ductare dolis. Capt. 3.4. vers. 109. &
3.5.v.97.
Ductare: meretricium verbum. Mœ.
4.3. vers. 20.
Ductim bibere, h. e. auidê. *απὸ δούσι* bi-
bere. Curc. 1.2.v.14.
Ductitans reges illum. Pœn. 1.2. vers.
60.
Ductitare: ducere. Rud. 2.7.v.26.
Ductitare fallere, circumducere. E-
pid. 3.2.v.15.
Dudum. Amph. 2.1. vers. 55. Aul. 3.3.
v.9. Pseud. 4.6.v.27.
Dudum cum. Afin. 5.2.v.41.
Dudum minus. *Lang nicht*. Amph.
1.2.v.17.
Dudum situm. Cist. 4.2.v.45.
Duellator. bellator. Capt. Prol.
vers. 68.

Duelli: belli, in bello. Truc. 2.6.v.
2. vide Douf. Not. ad Sall. Capt.
Prol.v.
Duellica ars. bellica, *ἀρχαϊκῶς*. Epid.
3.4.v.14.
Duellum. Amph. 1.1.v.34.
Dum, *ἀρχαϊκῶς*. Aul. 4.6.v.6. Rud. 6.
2.7.v.22. *Interdum*.
Dum. dent. *ἀρχαϊκῶς*. Trin. 2.4.
vers. 35. Most. 3.1. vers. 121. Pseud.
4.1.v.25.
Dum. des vel dederis *ἀρχαϊκῶς*.
Capt. 2.2.v.81. Aul. 2.2. vers. 62.
Men. 2.1. vers. 41. Merc. 2.3. vers.
67.
Dum *ἀρχαϊκῶς* pro des vel dederit.
Festus Afin. 2.4.v.54. Perf. 1.2.v.
14. Amph. Prolog. vers. 72. Aul.
1.1.v.23.
Dulce. substantiuê. Curc. 1.1. vers.
11. Pseud. 2.4. vers. 50. Ouid. *Dul-
ce dedit restâ, quod Coxerat ante-
polenta*.
Dulce: dulciter. Pœn. 5.2.v.9.
Dulce-amarum. *γλυκύπικρον*. Cist.
1.1.v.71. Pseud. 1.1.v.61. & 2.4.v.1.
Trucul. 2.3.v.25.
Dulce. *δουλικῶς*: seruiliter. Mil. 2.
2.v.58.
Dulcivulus caseus: in blāditiis. Pœn.
1.2.v.177.
Dulcifer cantharus. Pseud. 5.1. vers.
18.
Dum pro *adhuc*. Pseud. 1.3. vers. 68.
Et 2.2.v.29. & 2.4.v.40. & 4.2.
vers. 2. Curc. 1.1. vers. 57. *Neque*
dum.
Dum: *adhuc dum*. Mil. 4.2.v.2.
Dum. *Assidum*. Stich. 1.1.v.9.
Dum *Hicidum*. Truc. 2.2.v.66.
Dum. *περίληπτος*. apud comicos
Amph. 4.2. vers. 12. Afin. 3.2.v.39.
Capt. 1.2.v.51. *primodum*. Epid. 2.
2.v.115. Mil. 4.1.v.9. Most. 1.2.v.35.
39. vide etiam *παράληπτος*.

Dum

Dum καὶ παρὰ γωνίαν sæpe additur
aliis nominib. & verbis, aut ad-
uerbiis. *Primum dum*. Memora
dum. Rud. Prol. v.32. Rud. 3.5.v.
5.17. *tange dum*. & ver. 7. *tube dum*.
Most. 5.2.v.22. *Interea*. Caf. *Mane*
dum. 2.6.v.32. Trin. *circumspice*
dum. 1.2.v.61. & v.109. Mil. *respice*
dum. 2.4.v.8. & 1.3.v.54. *qui dum*.
Pœn. *memora dum*. 4.2.v.44. & 5.
2.v.103. Epid. 3.4.v.64. *Ego dum*
vel pro *adhuc dum* positum est.
Men. 2.2.v.73. *Tace dum*. Men. 2.
3.v.35. *accipe dum*. *Sine dū*. Bacch.
spesta dum. 4.9.v.100. Et Bacch.
 lib. 1. Od. 32. de Alzæo. *Qui feror bello.* lib. 1. Od. 35. *Latium feror.* lib. 1. Od. 37. *Deliberatâ morte ferocior.* lib. 2. Od. 5. *Currit enim feror atas.* 1. 3. Od. 2. *Parthos ferocat Sexet eques.* lib. 3. Od. 3. *Roma feror.* lib. 4. Od. 2. *Feroces Scambros.* lib. 4. Od. 4. *feroces aquila.* lib. 4. Od. 9. *ferox Helior.* de arte poetic. *Medea feror inuitaque.* Cicero Philipp. 2. *Primo respondisti plane ferociter: & ne omnia*

videar contra te dicere: propemodum aqua & iusta dicebas. Ibidem: *Sunt autem fortes illi quidem: sed propter memoriam rerum, quas gesserunt pro populi Romani libertate, & salute Reipublica, nimis feroces, & ad suam vim omnia nostra consilia reuocantes.* Ad Articium libro 10. *Indulst illi quidem suus pater semper: sed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum: ferocem fortasse, & arroganti in & infestum facit.* Epistol. Famil. libro 4. ad M. Marcellum: *Sed miseris nihil, quam ipsa Victoria: qua etiamsi ad meliores venit: tamè eos ipsos ferociores impotioresq; reddit.* Virg. *Æneid.* 1.
Bellum ingens geret Italia populosque feroces *Contunder* — & lib. 4. *Stat sonipes, ac frenata ferorū spumantia mandit.*
T. Linius 1. 24. *Legatisq; Syracusanorum de cade stationis Romanorū quarentibus, ferociter responsum est.* Sallust. de bello Iugurthino: *Sed Hiempsal qui minimus ex illis erat, natura feror, & iam antea ignobilitatem Iugurtha despiciens. Idem ibidem: Vt ille qui nunc sceleribus suis feror atque præclarus est.* Linius lib. 1. *Pastor accola eius loci nomine Catus feror: viribus.* Ibid. *In eum hac gloriantem cum globo ferocissimum iuuenem Romulus impetum facit.* Hæc ista Lambinus communicauit nobis. Interdum tamen pro superbo sumitur & elato animo. Afin. 2. 4. v. 62.
Ferox forma. Mil. 4. 9. v. 13.
Ferox, elatus, superbus. Menæ. 5. 2. v. 17.
Ferox, in sanus. Rud. 3. 1. v. 14.
Ferox animus. Mil. 4. 8. v. 13.

Ferocem se facere, est iactabundè gloriari. Curc. 4.3. v.7. Most. 4.2. v.9. vide *Facere*.

Ferocia, pro *superbia*. Epid. 5.2. v.44.

Ferramenta. Rud. 2.4. v.19.

Ferratus, pro *ferreis catenis strictus*. Bacch. 4.6. v.11.

Ferrat le genus. Sic ferui appellatur ergastularii. Mostell. 1.1. v.17. De quibus videndum Electa politissimi Lipsii lib. 2. c. 15.

Ferre, pro *adferre*. Bacch. 2.3. v.94.

Ferre, in animo habere. Cap. 5.2. v.11.

Ferre, pro *proferre*. Pseud. 2.4. v.75. *ferre fallaciam*.

Ferre, pro *auferre*. Capt. 5.2. v.11.

Ferremanus aliquò. Bacch. 3.3. v.76. 78.

Ferre, pro *accipere*. Mercat. 2.3. v.106.

Ferri, *Φεραξ*, pro *Sexari*. Cistel. 2.1. v.5.

Ferritribaces: fide & ridiculè dicit Plautus a ferro terendo, de iis, qui vt plurimum vinculis ferreis compediti sunt. Most. 2.1. v.9.

Ferri foras, iunebis formula. efferri ad sepulchrum. vide Phil. *Esneris*. Au! 2.1. v.34.

Ferri ferri. Trinum. 4.3. v.54. de feruis fide: quod ferrum terant. Alibi, *Ferritriba*, & *genus ferratile*: & *ferratorum* vel *ferriterium* in Mostellaria.

Ferri ferri locus est, vbi ferrum tenitur, seu carcer, vbi ferreæ compedes teruntur. Mostell. 3.2. vers. 56. Eum qui in *ferriterio*. Mostell. 2.1. vers. 9. vocat *Ferritribacem*. Sic *Spharisterium* formant Grammatici.

Ferrugineum palliolum. Mil. 4.4. v.43. h. e. ceruleum. Glosar: Ferrugo: *πεφύλαξ μένευα*. Titinius *cuuui* *iloria* colorem vocat.

Ferrum forte. Pœn. 3.5. v.6.

Fertum: est lauti sacrificii, & libi quoddam genus, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine altero genere libi, quod qui ferebat, *struere* dicitur. Am. 2.2. v.144.

Feruescere. Pseud. 3.2. v.44.

Feruens flagris. Amph. 4.2. v.10.

Festina & rgo. Epid. 5.1. v.17.

Festiuè accipi. Pseud. 5.1. v.9.

Festiuus, in blanditiis amantum. Caf. 1.1. v.47 & 3.3. v.14. Pœn. 1.2. v.176.

Festuca est virga Prætoris mittendis a iudice imponi solita. Mil. 4.1. vers. 15. Eadem dicta *Vindicta*, quam Iuriconsulti sic explicant: ΒΕΝΔΙΚΤΑ ἡ ῥάβδος μετ' ἧς ὁ ἀρχὴν ἢ ὁ πρῶτος τῶν τῶν δίκῃ, ἑυμείων κερφαλῶν ἰκαίον φάσονται: φασὲν τὸν πικροτάτην αὐθροπὸν εἶναι ἰδὲ θεῶν καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιτομῆς. Vide alia apud Iuriconsul os, & imprimis Lexicon doctissimi viri Iohannis Ca' uini amici nostri.

Festum diem habere hilarem. Pœn. 5.6. v.30.

Festus dies. Pœn. 5.3. v.14.

Festus dies, eius, suus. I con. 4.2. v.26.

Festus dies in blanditiis amantum. Caf. 1.1. v.49.

Festus dies non sordet. Pœn. 5.4. v.7.

Festus. Sic abigebantur fœtidi. Caf. 3.6. v.7.

Et Imperandi modo à suo. Curc. 1.1. v.87.

Horat. lib. 2. Satyr. 5. v.83.

— *Ei cognitor ipse*.

Sic *fit*. Curcul. 1.5. v.63. Pœnul. Prol. v.8.

Fiat, eleganter pro *faciam*. Most. 4.3. v.44. Et est Hebraismus, Psal. 40. vers. vlt.

Fitote. Amph. Sc. *Quis tam*. v.59.

Ficadula vicus Romanus. Capt. 1.2. v.54.

Fictura. Trin. 2.2. v.84.

Fictiles epistola li verat. Pœn. 4.2. v.14. vide hic Taubm.

Ficta mulier: inficta. Stich. 5.5. v.4.

Fictor malus. Trin. 2.2. v.83. *Probus*. v.84.

Fictum, pro formatum, effigiatum. Non. Afm. 1.3. v.22.

Ficula: parua ficus Stich. 5.4. vers. 8. Pœn. 5.2. v.54.

Ficus arida. Rud. 3.4. v.58.

Ficus Zacynthio: h. e. Zacynthiæ. Merc. 5.2. v.102.

Fides pro *perfidia*. Most. 2.2. v.68. Ita enim ex M. Camerario Palatinis dixi legendum eum locum, non *per fide*, vt maluit is, qui pætiis oculis inspexit illos codices. Sic quoque vsurpat Liuius li. 2. *Cuius ad solenne ludosque, per fas ac fidem decepti, venisset*. Val. Max, lib. 9. cap. 2. *Quatuor legiones contraria partis, fide suam securas, &c.* Tacitus lib. 4. Hist. *Querente saue civile & increpante Germanos, tamquam fidem per scelus abrumperent*. Ado Viennensis in Chron. *Hervus à Ranulpho prefato per fidem deceptus est*.

Fides. *μετανομικός*. pro cithara. Epid. 3.4. v.41.81.

Fides appellatiue de Dea Fidei. Aul. 4.2. v.14. Caf. Prol. v.2.

Fides nomine proprio. Caf. Prol. v.2.

Fides Deorum. Cist. 4.1. v.11.

Fides Deorum. Most. 1.1. v.74. *obsecro vos, si em*.

Fides argenti. Perf. 5.2. v.8. *Fidem non habui argenti*: nolui ei credere argentum. Mira Syntaxis.

Fides sublesta. Perf. 3.1. v.20.

Fides parua. Pseud. 1.5. v.52.

Fides herilis: pro seruo qui hero fidelis. Perf. 2.2. v.11.

Fides Via. Capt. 2.2. v.99.

Fides Deum atq; hominum. Men. 5.7. v.10. & 5.8. v.4.

Fides sublesta. vide litt. S.

Fides muliebris: fluxa sublesta. Mil. 2.5. v.46.

Fides lenonia. Rud. 5.3. v.3.

Fides stare eleganter dicitur. Pseud. 1.5. v.62. Sic Cicero pro lege Manilia dixit *Fidem considi*. vide *Furcellare*.

Fides & fiducia. Trin. 1.2. v.80. 105.

Fides fidelitasq;. Trin. 5.2. v.2.

Fides Deum atq; hominum. Curc. 5.3. v.16.

Fides solida & perpetua. Merc. 2.3. v.44.

Fides pro crudelitate. Cist. 5.2. v.96.

Fide pro *fidei*. *δοξαίνων*. Aul. 4.6. v.1. Perf. 2.2. v.62. vide Agell. lib. 9. cap. 14.

Fide bona. Forma iurandi. Capt. 4.2. v.110. Most. 3.1. v.136. Pseud. 4.6. v.33.

Fide forma esse. Mil. 4.2. v.24.

Fidem fluxam gerere. Capt. 2.3. v.79.

Fidem perdere cum aliquo. Pseud. 1.3. v.141.

Fid in *si*, matam dare. Mil. 2.5. v.43.

Fidem furcellare. vide *Furcellare*.

Fidem male seruare. Trin. 4.3. v.41. *Abrogare*. vers. 41.

Fidem seruare. Pseud. 1.5. v.104.

Fidem & rem perdere. Curc. 4.2. v.18.

Fidei sanum. Aul. 3.6. v.46.

Fidei non melius creditur. Pœn. 4.2. v.68.

Fidelis male akolefens. Trin. 1.2. v.91.

Fidelis, *fidem*. Trin. 4.4. v.4.

Fidelis pro eo qui fidem alicui haberet. Sic actiue quoque capitur Fides. Most. 2.2. v.68.

Fidulin, vas Samium ad vsus plurimos.

mos. *Nonius*. Aul. 4. 2. v. 15. Fuit etiam vas, quo utebantur, qui parietes dealbabant: quod apparet ex Prouerb. M. Curij apud Cicer. lib. 7. Epist. *Vna fidelia duos parietes*.
Fidens: fidem habens. Truc. 2. 4. v. 81.
Fidere, credere, fidem habere. *Asin.* 3. 2. v. 15.
Fidicina. Epid. Arg. v. 1. & 5. 2. v. 38. Stich. 2. 3. v. 55. & 4. 1. v. 36. & sæpe alibi.
Fidicinius ludus: ubi fidibus canere dicitur. Rud. Prol. v. 43.
Fiducia pro fide, credulitate, indulgentiaque. Bacch. 3. 3. v. 9. & 4. 4. v. 100. Glossa: *fiducia* seu oppignatio bonorum immobilium: *Fiducia*.
Fiducia pro certitudine & proposito aliquo firmo. *Fiducia tergi*. Most. 1. 1. v. 36.
Fiducia pro audacia. Epid. 5. 2. v. 31.
Fiducia mea. Pœn. 5. 4. v. 37.
Fieri: crescere. Trin. 4. 2. v. 90.
Fis fortunis. Truc. 4. 1. v. 11. *Quid fuat fortunis*.
Fieri cum auferendi casu. Epid. 1. 2. v. 48. vide *facere*.
Fieri argentum dicitur, quando comparatur, acquiritur. Pseud. 1. 3. v. 67.
Fieri cum datiuo. Most. 5. 2. v. 44.
Fieri comparatum esse. *Siccine hoc fit?* *Asin.* 1. 2. v. 1. Pseud. 5. 1. v. 1.
Fieri & facere inuerecundius quid norant. Capt. 5. 2. v. 13. Itidem apud alios auctores.
 Martialis 1. 2. Epig. 31.
Sape ego Christina fatui. det quam bene, quæris?
Supra quod fieri nil Mariane potest.

Et lib. 1. Epigr. 46.
Cum dicis, Propera, fac, si facis, Edile: languis;
Protinus & cessat debilitata Venus.
 Carullus:
Ausilena, bona semper laudantur amica:
Accipiunt pretium qua facere institunt.
 Petronius crebrius: *Non taces nocturne percussor? qui ne ium quidem cum foreiter faceres, cum pura muliere pugnasti.*
 Idem: *Si quid vis, fac iterum.*
 Mox: *Quare non facimus?*
 Idem. — *non sanguine tristis*
Perfusus venio: non templis impius hostis
Admoui dextram: sed inops, & rebus egenus
Attritis, (facinus): non toto corpore feci.
 Iuuenalis Satyra VII.
Exigite, ut mores tenetos ceu pollice ducat,
Vt si quis cera scultum facit. exigit, ut sit
Et pater ipsius coctus, ne turpia ludant,
Ne faciant Sicibus. non est leue tot puerorum
Oseruare manus, oculosq; in sinu trementes.
Fieri primam producit. Amph. 1. 7. v. 25. & 2. 2. v. 221. Rud. 4. 3. v. 96.
 Sic fuerit *Asin.* 1. 1. v. 97.
Fiet aliquid. Truc. 2. 4. v. 15.
Filia herilis. Aul. 1. 1. vers. 36. Cist. 2. 3. v. 8.
Filia integra. Truc. 4. 3. v. 47.
Filius familiaris. *Asin.* 2. 2. vers. 1. 43. Capt. 2. 2. v. 23.
Filius herilis. *Caf. Grex.* vers. 3. Cist. 4. 2. vers. 83. Epid. Arg. v. 4. & 1. 1. v. 60. & 1. 2. v. 60. Bacch. 2. 2. v. 55. & 2. 3. v.

& 2. 3. v. 132. & 4. 9. v. 7. Most. 1. 1. v. 20. 79. Pseud. 1. 4. v. 2. 20. & 2. 3. v. 7. Trin. 3. 1. v. 1. Truc. 2. 2. v. 42. & 3. 2. v. 1.
Filijs: pro *filiabus*. Pœn. 5. 3. vers. 9. Stich. 4. 1. v. 61.
Filius abditivus: hospitalis. Pœn. Prol. v. 65. 75.
Filii lecti sine probro. qui legitimenati sunt. Bacch. 4. 9. v. 50.
Filum: de extremitate corporum ac rerum. Merc. 4. 4. v. 15. *Satis scitum filum mulieris*. vide etiam Lucretium.
Figularis rota. Epid. 3. 2. v. 35.
Fingere facere. Amph. 1. 1. v. 161.
Fingere fugam: meditari fugam. Capt. 2. 1. v. 14.
 Lucill.
Sed fuga fingitur, timido vadit pede percitus.
Fingi. Pœn. 1. 2. v. 11.
Fingit aptatq;. Capt. 2. 2. v. 54.
Finus & modus. Merc. 3. 4. v. 67.
Finitor: agrimenfor, agrorum mensor, decempedator. Pœn. Prol. v. 49.
Firmiter. Epid. 1. 1. v. 77. Pseud. 3. 2. v. 111.
Firmitas. Most. 1. 2. v. 41. & 3. 2. vers. 137.
Firmitudo animi. *Asin.* 2. 2. v. 54.
Fiscina. Merc. 5. 4. v. 28.
Fiscus. Truc. Prol. v. 22.
Flabellifera: ancilla quæ flabellum ferunt. Trin. 2. 1. v. 22.
Flagitium. Trin. 2. 4. v. 11. & 3. 2. v. 17. & 4. 3. v. 28.
Flagitium *stipulis* pro damno. Merc. 2. 3. v. 82.
Flagitium: pro efflagitatione, conuicio, appellatione clamorosa. Epid. 3. 4. v. 83. Alibi *clarius* poscero. Curc. 3. v. 9. Merc. 2. 3. v. 71. Caro. *Intercuisibus stupris flagitatus*: h. e.

intestinis probtis infamatus. vide plura apud Festum *Occentare*. Ibi Scaligeri Notas. vide & litt. O. *Occentare*. & litt. P. *Pipulum*.
Flagitium: est nomen rei factæ atque indignæ lumine polito potius quam sceleris. *Flucius* aut iniqui facti. Pœn. 3. 2. v. 32. vide Victor. lib. II. cap. 8.
Flagitium: culpa. Pseud. 5. 1. v. 3.
Flagitium: dedecus. Merc. 2. 3. v. 87. de turpi culpa. Bacch. 1. 1. vers. 63. Pœn. 5. 2. v. 5.
Flagitium hominis. Caf. 2. 1. v. 8. Men. 3. 2. v. 24. & 5. 1. v. 9.
Flagitium stabuli. Truc. 2. 7. v. 31.
Flagitii fragrantia. Rud. 3. 4. v. 28. De homine flagitiosissimo.
Flagitium & damnum facere. Merc. 2. 1. v. 13.
Flagitii persequens. Caf. 2. 1. v. 12.
Flagitare aliquem: mendicorum est. Pœn. 3. 1. v. 36.
Flagitare creditorem. Pseud. 1. 5. v. 143. Inde *Flagitium*, pro conuicio de soluendo debito.
Flagitari clamore. per præcones proclamari. Men. Prol. v. 46.
Flagitari clamore dicitur ij qui ære alieno constricti tenentur. Pseud. 4. 7. v. 46.
Flagitator importunus creditor. Caf. Prol. v. 24.
Flagitator. importunus & molestus creditor, qui pecuniam creditam cum conuicijs reposcit. Most. 3. 2. v. 82.
Flagra & stimuli. Pseud. 4. 8. v. 3.
Flagrantibus. qui assidue terunt flagra, vel teruntur a flagris, vt *Ulmiribus*. Pseud. 1. 2. v. 5.
Flagrum: pro flagrantia, seu amore: in blanditijs. Pœn. 1. 2. v. 178.
Flammarius. Qui flammeo colore vestes tingit. *Win Rothserber*.
 M 4 Aul.

Aul. 3. 5. v. 36. Nonius; *Flameum*, est luteum tegmen, quo matronæ velabantur. Interpretes vetus iuvenalis. *Flameum vestis pudori similis: quam & propter pudorem accipiunt.*
Flamina dicuntur, cum labore via sanguine defuit circa talos, & tumorem facit. *Festus*. Idem ferè cum *boa* & *tama*. Glossarium: ὁ τὸς πόδας φλεγμῶν. Hippocrates vocat κίματα: leguntur etiam alibi φλεμῆλια, quomodo Romanis fluxus in pedes nominabantur. Paulo aliter Caper de Orthogr. *Flamina* sunt, ubi abundant crura sanguine & *flamina* cum in manibus vel in pedibus calosi sunt sulci. Epid. 5. 2. v. 5. Pseud. 4. 7. v. 92. Pcen. 3. 1. v. 67.
Flocci astumare, hoc est, nihili. *Floccus* enim est minima illa velut plumida, quæ ex veste peza decedit. Most. 1. 1. v. 73.
Flocci facere. ἄξι εὐνοῦ ποιεῖν. Nam *Flocci* sunt illa xθρηδία & particula in panno & vel eribus eminentiores, quæ detondentur. Curc. 5. 3. v. 37. Caf. 2. 5. vers. 2. 4. Men. 2. 3. v. 69. & 5. 7. v. 5. Most. 3. 2. v. 12. 4. Epid. 3. 2. v. 12. Rud. Prol. v. 47. & 3. 5. v. 3. Stich. 2. 2. vers. 12. Trin. 1. 2. v. 17. 4. & 4. 2. v. 73. 150. Truc. 2. 7. v. 45. & 4. 2. v. 56.
Terent. Eun. 2. 3. Non *floccipendo*. Cic. ad Att. Remp. *flocci non facere*.
Flocco habere est *flocci facere*, nihil pendere, aut potius ludificari. & risui, ludibrioque habere. Afin. 3. 3. vers. 111. ubi tamen Acidalio placet illud Nonij *Defloccare*, quod est *prorsus ad nihilum redigere*.
Floccum non interdum. Trin. 4. 2. v. 152.

Florea corona. Men. 4. 2. v. 68.
Florens: vegetus. Pers. 5. 1. v. 18.
Florens corona conviviorem. Pers. 5. 1. v. 18. vide Phil. Pl. Tit. *Continij*.
Florere: deflorente muliere. Truc. 2. 4. v. 3.
Florus. Aul. 2. 8. v. 15.
Flos Poetarum. Caf. v. 18.
Flos Liberi: vinum. Cist. 1. 2. v. 5.
Flos Libycus est vinum Marcoticum, Caf. 3. 5. v. 16. Eiusdem mentione facit Horatius lib. 1. Oda 37. Sic αἰθρῶν ἠφαίσθῃ pro igne dixit Æschylus. αἰθρῶν παρῶς Philostr.
Flos vini veteris elegantius iralatione & periphra. si, pro ipso vino veteri. Curc. 1. 2. v. 1. vide Indicem Lucretianum Gifanij. *Flos auti*. *Flos Bacchi*. *Flos flamma*. *Florentia lumina flamma*. *Flos nardi*. *Flos cæna* pro delicatissima cæna apud Agellium lib. 5. cap. 8. Ita quoque apud Græcos τὸ αἰθρῶν παρῶς, Eurip. οἰοῦ ἀχρῶ. Sic apud Silium lib. XIII. — *Pacchi* & *lactis honor*. τὸ honor est μελιπῆσι Apud Pin-darum οἰοῦ μελιπῆσι sunt τὰ μέγала & οἰοῦ ὑμενοι παραωτέων, &c.
Fluvius allegoricus de fallacijs metricum. Bacch. 1. 1. v. 52.
Fluvius maritimi. Rud. Prol. v. 69.
Fluvium mare. Rud. 4. 2. v. 5.
Fluvius rapides. Men. Prol. v. 64.
Fluctus falsi. Trin. 4. 1. v. 2.
Focula ventris. Sunt nutrimenta a fouendo forte. Nonius. Pers. 1. 3. v. 24.
Focula nutrimenta sunt ignis, teste Marcello a fouendo. Capt. 4. 2. v. 67. *Focula fruentia*.
Fodere stimulis. Men. 5. 5. v. 48. Curc. 1. v. 40. Bacch. 5. 2. v. 39.
Fodicare animum, est fodere & affligere animum. Bacch. 1. 1. v. 30.
Fodere latus. vide litt. L.

Fœdare

Fœdare: pro vulnerare. Amph. 1. 1. v. 90.
Fœdare rem patriam. Trin. 3. 2. vers. 30.
Fœdus: pro stipulatione. Pseud. 5. 1. v. 36.
Fœdus facta. Amph. 5. 1. v. 33.
Fæmon: femur. Mil. 2. 2. v. 48.
Fænorator incripeta. Most. Arg. v. 6.
Fænorato aliquid auferre: suo damno & malo. Men. 4. 2. v. 40.
Fænorato. Afin. 5. 2. v. 53.
Fænuſculum. Pseud. 1. 3. v. 52.
Folia. de rebus nullius pretij aut ponderis Men. 2. 3. v. 24.
Follis pro sacculo scorteo, numorū receptaculo. Aul. 2. 4. v. 23.
Follis pugillatorius. Rud. 3. 4. v. 16.
Follitum ductiare dicebantur serui, qui non modica summa pecuniæ heros circumducebant, sed tanta, quæ folles implere queat. Epid. 3. 2. v. 15.
Fons vitii & periurii. Truc. 2. 7. v. 50. Petron.
O hominem acutum, & urbanitatis gervula fontem
Fontialis: pro aqua. Stich. 5. 4. v. 17. Deus fontium.
Forare. pro perforare de seruis most. 1. 1. v. 53.
Foras — *gerones*: qui omnia foras deportant. Truc. 2. 7. v. 1.
Foras se dare. Mil. 2. 3. v. 37.
Foras conseruas dicit seruis domus herilis: quod quasi secum seruiant hero. Afin. 2. 3. v. 6. Curc. 1. 1. v. 40.
Sic Ouid.
Duraque conserua ligna & saete foras.
Catonius:
Ianuo quem Balbo dicunt seruisse benigne
Olim cum sedes ipse tenuit.

Foret pro fuisset. Bacch. 4. 8. vers. 75. 76.
Foris: hæc: Singulari numero. Amph. 1. 2. v. 34. Caf. 2. 1. v. 15. & 5. 1. v. 17. & 5. 2. v. 15. Bacch. 4. 7. v. 35. & 4. 9. v. 13. 4. & 2. 2. v. 76. Most. 2. 2. v. 74. & 5. 1. v. 15. Pers. 3. 2. v. 5. Stich. 1. 2. v. 30.
Foris conceptus. mil. 2. 1. v. 76.
Forum sonitus. Curc. 1. 3. v. 1.
Forma: pro indole &c. merc. 2. 3. v. 61.
Forma amœnitas. mil. 4. 4. v. 36.
Forma corporis. merc. 3. 4. v. 53. Pcen. 5. 2. v. 154.
Forma eximia. merc. 1. 2. v. 97.
Forma expectanda & liberalis. Pers. 4. 3. v. 52.
Forma regia: qualis regem decet, augusta. mil. 1. 1. v. 10.
Forma scitula. Rud. 4. 1. v. 3.
Forma lepida & liberalis. Epid. 1. 1. v. 41. mil. 4. 1. v. 20. Pers. 1. 3. v. 50.
Forma similis. men. Prol. v. 16.
Forma mala. merc. 2. 3. v. 79.
Forma scita. merc. Arg. v. 2.
Formula. τὸ στοιχεῖον. Pers. 2. 2. vers. 47.
Formica. Trin. 2. 4. v. 8.
Formidare. renuere, nolle. Pseud. 1. 3. v. 81. vide etiam *Metuere*.
Formio male. Cist. 4. 2. v. v. 4.
Formido, pauca. Cist. 2. 1. v. 58. & 4. 2. v. 20.
Formidolosus dictus, esu. Pseud. 3. 2. v. 35.
Formis pro formosus, a. Bacch. 2. 2. v. 38. Sic enim non inepte cum Meursio legi posse arbitror *pro fortis*: quod *seruius* & *Nonius formosus*. inde *conformis*, *deformis*, *efformis*, *informis*.
Formo mersi dicuntur, qui alieno are sunt obruti. Quia olim in foro erant danistæ. Epid. 1. 2. v. 16.

M 5

F 10

Fora cedere dicebantur Argentarij, cum mensis suis cedentes aliò habiturum migrabant. Perf. 3. 3. v. 37.
Forum coquinum, furinum. Pseud. 3. 2. v. 1. 2.
Forum infimum. infima pars fieri. Curc. 4. 1. v. 14.
Forum medium. media pars fori. Curc. 4. 1. v. 15.
Forum piccaviuum. Curc. 4. 1. v. 13.
Forum pro forium. Curc. 1. 3. v. 1.
Fortasse eleganter infinitiuo iungitur. Pœn. 5. 2. v. 44.
Fortassis cœcedendi particula. Asin. 2. 4. v. 86. 95. *Es mag sehn.*
Fortè. casu. most. 2. 2. v. 56.
Fortè. vide *Non Fortè.*
Fortè: eleganter de nota temporis. men. Prol. v. 29. 63. *Tarenti ludi forte erant.*
Fortè fortuna. mil. 2. 3. v. 16.
Fortis. validus, pulcher. mil. 4. 3. v. 18.
Fortis: *εἰρωνείας.* *Ein waßer Xerxes* Perf. 5. 2. v. 65.
Fortis familia: diues: copiosa. mil. 4. 3. v. 7. Trin. 5. 2. v. 9.
Fortiuscula. rara significatione pulchram notat, & ætate atque viribus integram. mil. 4. 3. v. 13. Nec a iter Nonius interpretatur: & Seruius ad *IV.* Æneid. Alio etiam significatu Fortis diuitem notat. Trin. 5. 2. v. 9. vide etiam Iul. Caf. Scal. de L. L. lib. 1. cap. 2. 2. Bacch. 2. 2. v. 38. vbi cum Meursio retinere malim *τὸ formis* quã *fortis.*
Fortiuo mediam vt plurimum producit.
 Horat. l. 2. Od. 15.
Nec foruitum spernere cessitem.
Sic gratuitus, pituita. Aul. 2. 1. v. 7.
Fortuna anthracina. Rud. 2. 6. v. 49.
In ioco. Alij tamen *anatina* le-

gunt. Illud magis arridet, eoque in textum recepi.
Fortuna appellariue. Pœn. 3. 3. v. 11.
Fortuna adiutrix. Pœn. 5. 2. v. 13.
Fortuna bona, mala. Aul. 1. 2. vers. 22. Rud. 2. 6. v. 17.
Fortuna bona. Aul. 1. 2. vers. 22. vide *Philos. Deorum.*
Fortuna Dea. Pseud. 2. 3. v. 13.
Fortuna obtigit è virtute. Pœn. 5. 5. v. 49.
Fortuna Sti. Bacch. 5. 1. v. 22.
Fortuna descriptio. Merc. 5. 2. v. 1.
Fortuna obsequens. Asin. 3. 3. v. 12. 7. Inscriptio quæ est Comi in sacello D. Mariæ Milatinæ Pag. LXXV. 6.
 FORTVNÆ OBSEQUENTI
 ORDO COMENS
 VOTO PRO SALVTE CIVIVM
 SVSCEPTO.
 vide inibi quoq; Epigr. 8.
Fortuna. Truc. 2. 4. v. 11. & 4. 1. vers. 11.
Fortuna misera. Rud. 1. 3. v. 1.
Fortuna secunde. Stich. 2. 2. v. 28.
Fortuna immunda. Cist. 1. 1. v. 116.
Fortuna solent mutarier. Truc. 2. 1. v. 9
 Fortuna rota. Ibidem vers. 11.
Fortuna: pro fortuna. Rud. 2. 6. v. 39.
Fortuna in deteriolem partem pro miserijs. mil. 2. 1. v. 47.
Fortunam sibi fingere. Trin. 2. 2. v. 82.
Fortunas suas quari. Caf. 2. 1. v. 14.
Fortunatorum insula. Trin. 2. 4. v. 148
Fortunare. Trin. 2. 4. v. 175.
Fortunatus. Bacch. 3. 3. v. 51. Pseud. 4. 6. v. 3.
Fortunatum oppidum. vide litt. O.
Fortunatum atq; bonu. Caf. 2. 6. v. 30.
Fouca: de fraude, & fallacijs. Perf. 4. 4. v. 45.
Fouere in pectore. cogitare. Bacch. 4. 10. v. 1.
Fouea decipere. Pœn. 1. 1. v. 59.
Frastra res. Perf. 4. 4. v. 104.

Frater

Frater gerwinus. Perf. 5. 2. v. 49. Perf. 4. 6. v. 13.
Frater geminus germanus. Men. 2. 1. v. 7.
Frates: Sacrorum verbum est, & vsurpatur de infitijs ex concisa carne. Mil. 1. 1. v. 8. vbi iocularet Miles de sua macharâ sic loquitur: *Quæ misere gestu fratrem ex hostibus facere. Sie wolte sie genu zu Stücken zerhauwen.* Nemo me ius explicat quam Arnobius lib. 7. *Cupientes addiscere, quid cum pulch. Deo sit, quid cum libis, quid diuersis cum fratribus, confectionis iure multiplici, atque impensarum caritate conditis.* vide etiam *impensua.*
Fraudare: fallere. Rud. 5. 2. v. 58.
Fraudatio. Amph. 2. 2. v. 9.
Fraudem frangere est, fraudem commisit. Festus Asin. 2. 2. v. 20.
Fraudem facere legi: est, in legem peccare. Mil. 2. 2. v. 9.
Fraudulentia. Pseud. 2. 1. v. 7.
Fraudulentissimus. Capt. 2. 1. v. 38.
Fraus: pro fraudulento. Pseud. 1. 3. v. 130.
Fraus capitalis. Mil. 2. 3. v. 23. h. e. Pœna capitalis.
Frendere dentibus. Capt. 4. 4. v. 5.
Frendere dentibus. Truc. 2. 7. v. 41. I. ralsci.
Frequentare frequenter & assidua operam dare. Cist. 1. 1. v. 10.
Frequentatua. Fugitare. Capt. 5. 4. v. 9
Frequens opera, assidua. Varro. lib. 6. Cist. 1. 1. v. 7.
Fretus Dis. Caf. 2. 5. v. 37.
Fretus virtute. Amph. 1. 1. v. 57.
Fretus virtute maiorum suorum. Pseud. 2. 1. v. 7.
Fretus aliqua re. Men. 5. 2. v. 17. *Dotè freta feroces.*
Fricare genua in supplicatione. A-

sin. 3. 3. v. 80. 88. vide *defricari.*
Fricari. Pœn. 1. 2. v. 10. Pleu. 4. 7. vers. 93.
Fricus coctus. Cicero. Bacch. 4. 5. vers. 7.
Frigus durum. Men. 5. 6. v. 10.
Frita nubes. Pœn. 1. 2. v. 113.
Frigescitare. Rud. 5. 2. v. 39. Pœn. 3. 5. v. 15.
Frigida absolutè pro *aqua frigida.* Cist. 1. 1. v. 37.
Frigutire, est gestu corporis cupiditatem animi declarare: subtiliter adgarrere, vt explicat Placidas. Varro & Festus a *Fringilla* aui deriuant, quòd frigore canter, & vigeat. Est igitur *ερωα* *βρωιδες.* Caf. 2. 3. v. 49.
Frons *αυτοδοξίας* pro *nutu vultus.* Aul. 4. 1. v. 13.
Frons contracta. Rud. 2. 2. v. 12.
Frons porrecta. Caf. 2. 4. v. 3.
Frons seuera. Mil. 2. 2. v. 46.
Fructus: pro *vsufructu.* Caf. 4. 4. v. 16.
Fructus & berrimus. Pseud. 5. 2. v. 11.
Frugalis. Trin. 2. 4. v. 9.
ad Frugem corrigere. Trin. 1. 2. vers. 81.
Frugi absolutè. Bacc. 3. 1. v. 3. & 4. 4. v. 15. Men. 4. 2. v. 9.
Frugi opponitur *nequam.* Pseud. 1. 5. v. 53.
Frugi & honestus. Perf. 5. 2. v. 59.
Frugi pro *honesto.* Aul. 4. 9. vers. 7.
Frugi esse: bene se gerere. Mil. 4. 8. vers. 50.
Frugi esse. Pœn. 3. 4. v. 11. & 5. 2. v. 4. Trin. 5. 2. v. 58.
Frugi esse. de homine prudenti & circumspecto. Epid. 3. 4. vers. 61.
Frugi facere. Pœn. 4. 2. vers. 104.
 70.

Frugi

Frugi bona esse: parsimonia studere. Truc. 1.1.v.13.20.
Frugi bona. Capt. 5.2.verf.4. Pseud. 1.3.verf... Trin. 2.2.v.39.40.
Frugi bona esse. Afm. 3.3.v.12. Caf. 2.5.v.19. Pcen. 4.2.v.23.
Frugi homo. Ein Viderman. Curc. 4.2.verf.16. Epid. 5.2.v.27. Bacch. 4.4.verf.10.12. Trin. 4.3.verf.10.
Frugi lena, quæ suis rationibus bene consultit. Afm. 1.3.v.23.
Frugi vir. Caf. 3.2.v.32.
Frugi seruus. Caf. 2.3.verf.37. Afm. 2.4.v.91.
Frusci. Rud. 4.3.v.73.
Frumentarij. Pseud. 1.2.v.54.
Frustillatim. Curc. 4.4.v.20.
Frustra, otiosè, sine fructu, de parafitis. Capt. 3.1.v.31. Haben nichts zu Schmausen gefunden.
Frustra esse, errare, decipi eleganti forma & merè Comica. Capt. 4.2.verf.74. Bacch. 4.7.verf.42. Men. 4.3.v.18. Merc. 3.1.verf.30. Perf. 1.3.v.60. Pseud. 1.3.v.143. 2.3.v.17. Sic enim exprimentum ibi: *Frustrà ut simus*. Sic loquitur etiam Apuleius Apolog. & Agellius lib. 5. cap. 1. Rud. 4.3.v.30.4.7.v.29.
Frustra habere est frustrari. Amph. Arg. 1.v.5. Sic Ennius apud Agellium.
Qui se lepido postulat alterum frustrari.
Quem frustratur, frustra eum dicit frustrari esse.
Nam qui sese frustrari, quem frustra sentit,
Qui frustratur, is frustra est, non id est frustra.
 Hos versus quomodo explicat Muretus vide apud Castationem variarum lect., cap. 23.

Frustrare se: fallere sc. Mil. 3.3.v.9
Frustrari est in fraudem impellere, fascinare βασιγγοι. Amph. 2.2.v.200.
Frustrari aliquem Afm. 3.3.verf.138. Bacch. 3.6.v.19. Most. 3.1.v.57.
Frustratus habere. Men. 4.3.v.21. & v.19.
Frustratio pro eo qui frustra habetur, Most. 5.2.v.30. Sic *Concessio* apud Petron. pro eo qui conceditur. *Quid a tu? alieni amoris concessio*. h. e. qui alienum secutus es, eique te concessisti. Ita Furius Bibaculus orbiculum litterarum obliuionem dixit, qui iam senex omnes litteras oblitus fuerat.
Frustrationem iniicere est errorem mentis iniicere. Amp. 3.1.v.15. vt iniicere metum &c.
Frustrum pueri. Perf. 5.2. verf. 67. In conuitio. *Du Sträckschelm.*
Frutex. contumelia dictio in stupidum & infulsæ mentis hominē. Germ. *Du Stock*. Most. 1.1.v.12.
Fruam δεσπώνας siam Bacch. 1.2.v.48 Mil. 2.6.v.112.
Fruas Capt. 2.3.v.71. Perf. 1.1.verf.52. Trin. 2.1.v.33.
Fruat. sit Amph. sc. Quis tam, v. 8. Sapè apud Plautum 3.4.verf.2. Trin. 1.2.v.120. & 2.4.v.193. Merc. 5.1.v.3. Mil. 2.3.v.28. Pseud. 4.3.v.12. Bacch. 4.9.v.110. Epid. 4.2.v.14. Men. Prol. v.13. Capt. 2.2.v.10. Poen. 5.2.v.125. Perf. 2.2.v.48. Truc. 4.1.v.11.
Fru! est Interiectio ructum exprimentis. Most. 1.1.v.37.40. sic recte ibi exprimitur ex Mil
Fruit de rebus præteritis. *Fruit meretricis* h. e. iam anus est. Cist. 2.3.v.23.
Fruit. habui. Rud. 2.6.v.20.

Fugare.

Fugare. Cist. 2.1.v.8.
Fugere manibus demissis. Epid. 3.4.v.16. vide *Prouerbia*.
Fugit me memoria. Bacch. 1.1.v.2.
Fugit ratio, quando erramus. Amph. 1.1.v.228.
Fugitare. Afm. 2.4.v.78. Capt. 1.2.v.47.3.4.v.9. Pcen. 3.1.v.5.
Fugit. mortuus est. Capt. 3.3.verf.1. Virg. *Fuimus Troes*. vide *Vixit*. Pseud. 1.3.v.17. Perf. 4.4.v.87.95. Truc. 1.2.v.93. κατ' ἐπιφρασμον.
Fugito a fugo. Pseud. Prol. v.8.
Fugitor ac. is. Trin. 3.2.v.97.
Fulcere sub sellium puluino. Stich. 1.2.v.37.
Fulurit a arbor: fulgure tacta arbor. Trin. 2.4.v.138.
Fuligrine bliti, quos alij deridendo propinare volebant. Pcen. 5.4.v.23. & 5.5.v.11.
Fullo. Aul. 3.5.v.34.
Fullonia. Germanis est Ein *Wackmühl*. Afm. 5.2.v.58. Cæterum duo olim fullonum officia erant, vt enucleate ediffertauit magnū olim litterarum statumen *Isopua Gulie'mus*. Scilicet vestem eluere & cogere, vnum: alterum, eamdem creta candefacere. Illud *consiliari* dicebant, & ipsam actionem, quod insultu multo pedum fieret, *consilium*: hoc *expolire*. Reliqua de fullonibus vide Philof. Plaut. Tit. *Fullonum*. *Fullo* autem, vt vim verbi explicemus, est qui vestimenta polienda, curanda, lauanda mercede accipit. Vlp. l. 2. ff. de cond. sine caus. l. 13. §. si fullo. ff. locat. l. 12. & l. 82. ff. de furt. l. vnic. ff. de via publica. Theoph. dicitur γυαφεις, λευκαντες, siue ποτους in §. vt. Inst. mandar. & §. item si fullo. Inst. de oblig. qua ex delict. n. 56.

Fullonium fluctum potare. compri mi instar fullonij panni. Pseud. 3.1.v.15. vide etiam *consiliare*.
Fullmenta sunt clauj foccis siue calcceis supfacti, tamquam fulcimenta. Trin. 3.2.v.94. κατ' ἐπιφρασμον. vide etiam Bacch. 2.3.v.98.
Fumificare. Mil. 2.5.v.2.
Funus pro graui dolore, vt & morbus ἀδυναμία. Afm. 3.3.v.3.
Funus acerbum. Amph. 1.1.v.35. Idem epithetum Virgil. vsurpat. An. 6.
Quos dulces vita exfortes & ab vbere raptos.
Abstulit atradies, & funere morsu sit acerbis.
Funus de muliere lacrumante. Afm. 3.3.v.29.
Funda. Pcen. 2.1.v.32.33.35.
Fundatum, statutum & constitutum. Mil. 3.3.v.44.
Fundere mera mendacia Pseud. 4.1.v.33.
Fundi & ades. Truc. 1.2.v.71.74.83. & 2.1.v.4.
Funditare Afm. 5.2.v.53. Merc. Prol. v.58.
Funditare Verba. Pcen. 1.2.v.61.
Funditari: fundis peti. Pcen. 5.2.v.36.
Funditus pestum dare. Trin. 1.2.verf. 128.
Funditus perdere Bacch. 3.6.v.31. Most. 3.1.v.150.
Fundus, id est auctor. Trin. 5.1.v.7.
Ei rei fundus parer sit possior. vide Festum, & inibi Antonium Augustinum. Agellium lib. 16. c. 8. Sigon. lib. 1. cap. 4. de antiquo iure Italiae. Hortomannum. lib. 2. Oseru. cap. 5.
Fundus pro fructu omissimis prædijs: quæ vberima dona quasi fundunt. Truc. 4.2.v.15.

Fundus

Fundus amicorum. Pseud. 1. 2. v. 91.
Fundus pro muliebri fundo. Afim. 5. 2. v. 23. Curcul. 1. 1. v. 36. vide Phil. Rei Venerea.
Fungatur munus cum quarto casu. Amph. 2. 2. v. 197.
Fungi munus sui. Trin. Prol. v. 1. & 2. 2. v. 73. Men. 1. 4. v. 5.
Fungi cum accusandi casu. Most. 1. 1. v. 45. Schoppius autumat positum pro pati, de quo multa ad mentem Gifanij lib. 3. verif. cap. 6. Caf. 4. 10. v. 9.
Fungus genere est: capite se totum tegit. De homine petasato, cui tamen caput eminet, vt fungus. Trin. 4. 2. v. 9.
Fungus. Stich. 5. 5. v. 32.
Fungus pro homine stupido & inepto. Bacch. 2. 5. v. 49. & 5. 1. v. 2.
Fungus putidus de homine solido & fatuo. Bacch. 4. 7. v. 23.
Funus facere prandio: eleganter dicitur, vt Sepelire prandiu. Men. 3. 2. v. 27. Cicero dixit *Sepelire belium*. Pro lege Manil.
Fur manifestus. Pcen. 3. 5. v. 40.
Fur homo triu litteraru. Aul. 2. 4. v. 51.
Fur manifestarius in manifesto furto deprehensus. Aul. 3. 4. v. 10.
Fur balnearius. Rud. 2. 3. v. 54. vide Philof. Plaut. tit. *Furti: & balnearium*.
Fur thesaurarios. Aul. 2. 8. v. 25.
Fur graphicus. Trin. 4. 3. v. 17.
Fur pro feno. Afim. 2. 4. v. 15. Virgil in Palæm. *Quid faciant Domini audent cum talia fures*.
Fur auris hominis. Pcen. 1. 1. v. 56.
Furcifer Contumelia in senes frequentata apud Plautum & Terentium. Afim. 3. 3. v. 87.
Furasim. Truc. 4. 4. v. 29. Vbi tamen Lipsius *Futurim*: Taubm. *Furasim*, quasi *profusim*. mihi simpli-

citatis magis arridet, quam ista petulcitas verborum. *Furasim* est clam, propter & furtim. Stich. 5. 5. v. 25.
Furcillare fidem: est fidem infirmam iudicare, ideoq; quasi admota furcillâ stabilire. Pseud. 2. 2. v. 36. Vbi loci mira monstra pangunt quidam. sed cum in omnib; Manuscriptis libris, quos quidem consului ego, vix aliter reperiatur, statui nihil mutandum, in eaq; sententia deprehedi postea Passeratium in Prælectionibus Parisinis. Et certe eleganter idem noster dixit Pseu. 1. 5. v. 62. *Fidem stare*. Et Persa. 3. 1. v. 20. *Fides subleuitor*. quod Festus exponit leuior, infirmior.
Furare de; a iocis Rud. 5. 2. v. 9.
Furca. Caf. 2. 8. v. 2. vide Phil. *Sernorum*.
Furca supplicij genus apud Romanos Cat. 2. 6. v. 37.
Furca. Pers. 5. 2. v. 73.
Furcifer. Amph. 1. 1. v. 129. Aul. 2. 4. v. 52. Mil. 2. 6. v. 64. Capt. 3. 4. v. 31. 45. Pcen. 3. 5. v. 39. Mostel. 5. 2. v. 50. 1. 1. v. 66. Pseud. 1. 2. ver. 59. 1. 3. v. 126. Rud. 3. 4. v. 12. 29. & 4. 3. v. 57. Sæpe aliàs. Ita teste Plutarcho appellabant seruos insanabiles & desperatos.
Furem captare. Pcen. 3. 3. v. 95.
Fures maritimi: prædones mar. Rud. 2. 2. v. 5.
Fures an. b. z. Pcen. 5. 4. v. 85. Vbi nescio quibus Grammatistis ferulam minatur Taubmannus, litteratorum scilicet maximus optimus, qui semineo genere putarunt dici *Fur-em*. Ego vero, qui quidem Grammaticorū sum *ἐλάττωσις* non video, quo iure ab illo vapulent, sic statuent es.

Infero

Infert ex Virgil. lib. 10. *Fatis aethoribus*. & Luc. lib. 1. *Vtendum est iudice bello*: Ergo *Fatum & index* sunt generis neutri. Quidni vero, o Taubmane? Quando *Fatū* fuit generis feminini? Deuiſſes potius: Ergo *Aut hor & index* sunt generis neutri. Planissime, mi vir. Comprobarem id pluribus: sed tæder nugarum.
Furfuri, pro *fursure*. Excrementum farina. Capt. 4. 2. v. 27.
Furno mergi. Epid. 1. 2. v. 16.
Furnus calidus. Caf. 2. 5. v. 1.
Furri se astringere. Pcen. 3. 4. v. 27.
Furtificus, furax. vt *iustificus*, pro *iustus* apud Catull. *Regificus* pro *regius*. apud Virgil. Epid. 1. 1. v. 10.
Furtifice manus. Pseud. 3. 2. v. 97.
Furtim: clam. Pcen. 3. 3. v. 48.
Furto alligare. Pcen. Arg. v. 6.
Furtū pro calliditate & astutiâ, quâ quis consilium suum occultat. κλοπή, κλέμμη. Bacch. 1. 2. v. 60. Sic κλέπτει pro fallere & latere, & voluntatem celare Græci vsurpant. Ita interpres maximus Bibliorum Gen. 31. v. 20. Iaakob surripient se, furtim sefellit animum Labanis Syti.
Furtum facere, furi. Rud. 4. 3. vers. 16. 16.
Fusti pro *fuste*. Capt. 4. 2. v. 116.
Fustis mânes ferri crepine *Insula*: a tendendis fustibus & crepando ferro finxit Plautus. Afim. 1. 1. vers. 27.
Futidus. scetidus qui ex ætate ferè putorem contraxit. Bacch. 5. 2. v. 44.
Futile: futilliter. Stich. 2. 3. v. 72. Neq; enim intelligendū de vase, quo utebantur in lacris Vestæ, de quo Lactantius.
Futurum est hand longius: propediè.

Trin. 3. 2. v. 95.
Futurum mihi. Truc. 2. 8. v. 3.
Futurum me, te. Truc. 2. 4. v. 63. *Quid me futurum est?*
Fuuerit. Pcen. Prol. v. 110.

G.

G*Alea*. Bacch. 1. 1. v. 37. Trin. 2. 4. vers. 195.
Galli cantus: descriptio ante lucani temporis. Mil. 3. 1. v. 93.
Gallina in blanditiis amantiū. Afim. 3. 3. v. 76.
Gallinaceus pullus. Capt. 4. 2. v. 69.
Gallina littera. Pseud. 1. 1. v. 27.
Gallus peculiaris. Aul. 3. 4. v. 6.
Ganeum est locus abditus, ac velut sub terrâ. Festus. Donatus vero: *Ganeum* Vett. meretricū tabernam dixerunt: *ἄνι τῶν ἐν τῆς γῆς*: quodd ea sint in terrâ, non, vt cœnacula, supra. Afim. 5. 2. vers. 38.
Gannire vulpium est. Amph. sc. *Disstram*. v. 24.
Ganymedes in aquilam conuersus à Ioue raptus est. Men. 1. 2. v. 35. vide *Catamitus* & P. Leopardi. lib. 4. cap. 4. Emend. & Cœl. Rhod. lib. 15. c. 9. Antiqq. LL.
Ganeum. Men. 5. 1. v. 3.
Gaudere: lætitiâ perfudi. *Erfredwet werden*. Truc. 1. 1. v. 29.
Gaudere aliquid. Capt. 4. 2. v. 59. 62. Mostel. 1. 3. v. 147.
Gaudere animo. Stich. 2. 1. v. 53.
Gaudere facto. Pcen. 1. 1. v. 69.
Gaudere suo bono: pro, cum suo b. Most. 1. 3. v. 147.
Gaudia comparare. Truc. 4. 2. v. 4.
Gaudio esse. Pcen. 5. 4. v. 45.
Gaudio oblecta, e falso. Pcen. 5. 4. vers. 86.
Gaudiū appellatiue. Bacch. 1. 2. v. 7.

GAN-

Gaudium gaudiis suppedicare. Trin. 5. 1. v. 3.
Gaultus: vasculum in formam cymbij. Rud. 5. 2. v. 32.
Gemma μετανοητικός pro annulo. Curc. 2. 5. v. 8.
Gemere: dolere, miserum esse, οἰμωζέει. Men. 2. 1. v. 32.
Gemina germana foror. Mil. 2. 4. v. 30. & 2. 5. v. 31.
Geminatio. Apud veteres à similibus incipere non erat vitiosum. Men. 1. 1. v. 29. & 2. 3. v. 53. vide Seruium ad illud 1. Æneid.
Hic aliud maius miseris multoq; tremendum.
 Et Turn. lib. 7. c. 29. vide etiam *Parallela.*
Gemini filii. Mil. 3. 1. v. 122.
Geminus didymus. Men. Prol. v. 26.
Geminus, similis. Amph. 2. 1. v. 68.
Geminus frater. Perf. 4. 6. v. 13. 5. 2. v. 46. Geminissimus.
Geminus: par, proprius. Mil. Arg. 2. v. 11.
Geminus germanus frater. Men. 2. 1. v. 7.
Gemiti, gignendi casu, ἀσχηκός. Priscian. Aul. 4. 9. v. 11.
Genua sedes misericordix. Most. 3. 2. v. 57
per Genua obfec. o. Truc. 4. 3. v. 53.
Genium Parasiti Reges suos nominabant. Curc. 2. 3. v. 22. Men. 1. 2. v. 19. Capt. 4. 2. v. 99. vide etiam *Vita.*
Genium bonum, meliorem facere: hilariter viuere. Stich. 4. 2. v. 42.
Genio sacrificare. vide Philof. Capt. 2. 2. v. 40.
ad Genium sapere. Perf. 1. 3. v. 28.
Genium fraudare. Aul. 4. 9. v. 15.
Genius pro patrono. Capt. 4. 2. v. 99. Caf. 2. 3. v. 22. Men. 1. 2. v. 29.
Genius pro domino qui aliquem alit.

Curc. 2. 3. v. 22.
cum Genus belligerare: ventri bellum indicere. Truc. 1. 2. v. 80.
Genus mutatio.) Argenti dare quadraginta minas, Quod Danissa datur. Epid. 1. 2. v. 12. vide Indicem
 •• Gifan. in Lucret.
Genus suum incendere. Trin. 3. 2. v. 49.
Genus congliscit. Ibid. v. 52.
Generibus summis gnatum esse. Most. 5. 2. v. 21.
Genere summo gnatus. Pœn. 5. 4. v. 68.
Genus. pro maioribus. Pseud. 1. 1. v. 75.
Genus restringere. Trin. 3. 2. v. 50.
Genus honoratissimum. Capt. 2. 2. v. 28.
Genus pollens. Capt. 2. 2. v. 28.
Genus hominum. Pœn. 5. 4. v. 14.
Genus lenonium. Perf. 4. 4. v. 30.
Genus πολυπληθῆσιον. Capt. 2. 2. v. 27.
Genus apprime probum. Trin. 2. 2. v. 92.
Genus quocūq; hominum. Pœn. 4. 2. v. 9.
Genitiuus antiquus.) Alcmenas; o. Amph. Arg. 2. v. 1. More Græcorum. Sic Næuius. Βιτορπορες ἡγεῖα *res Filii Ferras.* Sic tetinemus hodie *paterfamilias.* vide Prisc. lib. 6. Pag. 679. Edit. Putsch. *Stratippoeli* pro *Stratippoelis:* sicut *Achilli* pro *Achillis.* Epid. 1. 1. v. 27. *Iurium.* Alij *Iurium.* Epid. 3. 4. v. 90. *Mulctai.* Mil. 2. 6. v. 112. *Mediticium.* Bacch. 1. 1. v. 6. Caf. 3. 3. v. 22. Most. 1. 3. v. 32. Ita apud Iustinum *Principium* pro *Principum.* Et Licinium Titulo de Stupratoribus: *Et agreste illud ab prisets conditoribus robur, fracta molliter plebe tenuatum, conuicium sacuē, vel conditorum iungere vel principium.* Sallust. Iugurth. Neque illi res,

res, neque consilium, aut quicquam hominum satis placebat. Sic in Pandectis Florentinis, & Mss. Camerar. vbiq; *ciuitarium, penarium, apium, paludium, sapientium.*
Genium sæpe παλεονόζει in compositione. vide *leonismus.*
Genus bonum. Epid. 1. 2. v. 4. & 2. 1. v. 3.
Genus suratum. Cistell. 1. 1. vers. 26. & 1. 2. vers. 11. Mil. 3. 1. v. 85. Rud. 4. 5. v. 7.
Geraria ancilla, puctulorum gerula. Mil. 3. 1. v. 101.
Gerere pro facere. Cist. 4. 2. v. 53. Pseu. 1. 2. v. 61. Bacch. 3. 3. v. 73.
Gerere rem. Perf. 4. 3. v. 34.
Germana foror. Trin. 3. 2. v. 64. Pœn. 1. 2. v. 116. Bacch. 1. 1. v. 5.
Germana Gracia. Rud. 3. 4. v. 32.
Germani gemini fratres. Men. 5. 9. v. 23. 43. 66.
Germanum in modum: germanitus. Caf. 3. 4. v. 25.
Germanum nomen. Capt. 2. 2. v. 38.
Germanus, γερμανός. Menæ. Arg. v. 5. Prol. v. 71.
Germanus pro Gero. Most. 1. 1. v. 39.
Germana illuties.
Gerentes rei, bene vel male. Truc. 2. 2. v. 42.
Gerones. Trucul. 2. 7. v. 1. *Foras - gerones.*
Gerra; sunt crates, à quo parietes intergerrini. hoc est, concratitii. Tales sunt tenuiorum agriculturalum. Inde *Gerra* pro rebus friuolis dicuntur. Nonius & Hesychius interpretantur ἀδραία καὶ γυωανεία αἰδοία. Epid. 2. 2. v. 49. Trin. 3. 3. v. 31. Tibul. 1. 4. *Lata Molorchis posuit vestigia gerris.*
Gerra germana. Pœn. 1. 1. v. 9.
Gerra: pro gerronibus. Asin. 3. 3. v. 10.

Glossæ antiquæ *Gerra* ἰσομήτες. Sic Lucill.
Tapullam vident legem congerere opimi.
Gerro. Most. 3. 2. v. 33.
Geruli - sigulus flugius, qui producit & docet flagitium. Bacchid. 3. 1. v. 14. *Gerulus* enim, vt docet Scalliger ad Festum, apud veteres non semper est, qui aliquid portat, sed qui aliquid efficit. οὐρανίου καὶ ὁ παλαιός, vt testantur veteres Glossæ. Sic apud Lucretium *geri* dicuntur *res,* pro *effici* & produci, quia à motu & gestione, secundum Epicurum, omnia gignuntur. Sic de Empedocle ait, quod eum Sicilia gesserit, hoc est, procreauerit: quia erat Siculus. Et alibi: *res gestas,* hoc est, creatas, ortas. vide Ind. Gifan.
Gerulus, baiulator. Bacchid. 4. 9. v. 80.
Gerundia in Do passiuè sæpe significant. vt *Fando.* Amphit. 2. 1. v. 41. Sic Virgil.
 — cantando rumpitur anguis.
 — Critique videndo
 Fœmina. —
Cicero: *At vero nefando quidem auditum est.* Virg. 2. Æneid.
Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures.
 hoc est, dum dicitur.
Gerundis in Dum non tantum Poetæ vsi sunt, verum etiam à ii auctores more Græcorum. *Agitandum est sigillas.* Trin. 4. 2. v. 27. Infinita exempla vide in Indice Gifan. ad Lucret. nec non Taub. ad I. Plaut.
Geryonaceum gentis à Geryone Rege Hispa. tricorpore, habete terna capita & tot pedes. Aul. 3. 6. v. 38.
 N G stare

Gestare crimina, deferre, spargere. Pseud. 1. 5. v. 12.
Gestare secum, ferre. Pseud. 1. 1. v. 8.
Gestor criminum. Pseud. 1. 5. v. 14.
Gestii: gestisti. Truc. 2. 4. v. 33.
Gestibant scapula. *ἄρσικαὶ*. Afin. 2. 2. v. 49.
Gestio, volo, cupio. Afin. 4. 1. v. 43. Caf. 2. 8. v. 37. Mil. 1. 1. v. 8. Pseud. 1. 1. v. 114. & 4. 6. v. 11.
Gestire & prurire promiscuè usurpantur apud Plautum. Amph. 1. 1. v. 167. vide etiam litt. P.
Gestum prigni. Amph. 1. 1. vers. 167. Bacch. 4. 2. v. 13.
Gestitare. Amph. 1. 1. v. 170. Curc. 5. 2. v. 4. Cist. 4. 2. v. 80. 83. Mil. 1. 1. v. 7. Pœn. 1. 2. v. 186.
Gestum in se: contra se gestum. Tru. 2. 2. v. 59. Certe commodo sensu sic legitur ibi ex emendatione Acidaliana; quæ mirum quantum præ cæteris aridet.
Gestus. Pœn. 5. 2. v. 149.
Geculus leo: conuitium in fenem. Men. 5. 2. v. III.
Glaber. Aulul. 2. 9. vers. 6. vide *Lydus*.
Glabra oues. Trin. 2. 4. v. 140.
Gladij sorpsi qui sint, vide Phil. *Gladiatorum*. Caf. 2. 5. v. 35.
Gladiorum aies. Truc. 2. 6. v. II.
Glandium. Stich. 2. 3. v. 35.
Gladium, neutro genere. Non. Caf. 5. 2. v. 27.
Glandem depromere prandio. Truc. 3. 1. v. 2.
Glandia. Tonfillæ in homine, in sue glandulæ, vel glandia. Plin. 1. 11. c. 37. Capt. 4. 4. v. 7.
Glandium. Pseud. 1. 2. v. 33.
Glandium suis est iugulû suis glandulofum & callofum. Curc. 2. 3. v. 44. *Glandionica suilla*. Men. 1. 3. v. 26.

Glandula suilla: pars in sic callosa, duritie & figura glandis, quæ ex gutture & ceruice detrahitur. Colum. lib. 8. cap. 9. Men. 1. 3. v. 27.
Glans casta. Rud. 5. 2. v. 37.
Glaucoma. Est vitium oculorum, quod Celsus libro 6. *Suffusionem* appellat, Græci *ἄωχρον*. Mil. 2. 1. v. 70.
Gliscere, pro *augefcere*, *ignescere*. Capt. 3. 4. v. 26.
Glisco, pro *crefcio*. Afin. 5. 2. v. 63. Gl.
Gliscit, *ἄωχ*. Sæpe apud Lucret. vide Indic. Gifanii.
Globi grandiculi. Pœn. 5. 2. v. 35.
Gloria, pro *vi*, *authoritate*, *potentia*. Curc. 2. 3. v. 7.
Gloria alicuius rei. Rud. 1. 6. v. 39.
Gloria meretricum. Truc. 4. 4. v. 36.
Gloriarum plenus. Mil. 1. 1. v. 21.
Glorios-proloqui. Stich. 2. 2. v. 4.
Gloriosum facere se: iactare se. Alibi *Ferocem se facere*. Pseudol. 2. 3. vers. 8.
Gloriosus. Curcul. 4. 1. v. 10. Trin. 1. 2. v. 54.
Glutire. Perf. 1. 3. v. 14.
Gnaruris aliquam rem: est *gnarus*. Mostellar. 1. 2. vers. 17. Glossæ: *Gnaruris*, *γνώριον*. *Gnarurat*, *γνώρις*. Aufonius: *Non cultor instans, non arator gnaruris*. Vide Iosephi Scaligeri Notas in Festum, & Appen. Coniectis in Vær. itemque Aufon. lect. lib. 2. c. 21. Contrarium est *Ignaruris*. Pœn. Prol. v. 47.
Gnata: filia. *Gnatam dare uxorem*. Truc. 4. 3. v. 67.
Gnata res: nata. Truc. 5. 1. v. 72.
Gnati pro nati. Bacch. 4. 10. v. 4.
Gnatus, natus. Aul. 4. 10. v. 47. & 2. 2. v. 54. Pseud. 2. 1. v. 16. & 1. 3. v. 121. Truc. 4. 1. v. 1.

Gnidus.

Gnidus. Merc. 3. 4. v. 62. oppidum Asiæ in regione Doride.
Gradi, & *gradiri limite*. Pœnul. 3. 3. v. 19.
Gradi pariter. Truc. 1. 2. v. 24.
Gradior. Pseud. 4. 7. v. 135.
Gradu celeri effi. Plautina phrasis: quam expressi. Trinum. 2. 4. v. 23. Improbatur Wittebergensis Editor. Sed *ἄφροντις* *ὑποκρίσει*. Tu verò peristi, mi Peristander, qui has Veneres Plautinas ignoras. Ecce Epidoc. 1. 1. vers. 11.
Dii te infelicitent! Si tu es gradibus grandibus. Stich. 2. 3. v. 13.
Ita celeri curriculo fui. Idem in Clitellaria:
Quin si es iturus, nimium es vgrandi gradu.
 Atqui inquit: Hic nolo intrudatur. Nimirum geris preturam sine suffragio. Audi tamen, ô homo. In loco Stichi minimè audiendos clamas, qui *re sui* interpolantur in *ui*. Vtiq; nec tu audiendus in Trinum. qui nobis pro *sunt* intrudis *to eunt*. Sed abicum tua bile splendida. Et nobis cor esse noris.
Gradus grandire, est gradus grandiores facere. Amph. Sc. *Di vstram*. v. 11. 52.
Gradibus grandibus esse: grandes gradus inter eundum facere *Grosse Schrittu ihum* Epi. 1. 1. v. 11. Alibi: *Celeri curriculo esse*. Stich. 2. 3. v. 13. vide paullo ante.
Gradus succretus cribro. Pœn. 3. 1. v. 9.
Gradus militari. Pseud. 4. 4. v. 11.
Gradu grandi abire, properare. Tru. 2. 2. v. 31.
Gradum conferre contra. Pseud. 2. 4. v. 17.
Gradu modico ire. Pœn. 3. 1. v. 19.

Gradus grandior. Curc. 1. 2. v. 25.
Gracæ fide mereari: est presentium pecunia aliquid emere. Afin. 1. 3. v. 47. vide Phil. Plaut. Tir. *Emtionis*, & *Nationum*.
Gracæ vnctiones. Stich. 2. 1. v. 73.
Gracari, est intemperantius Græcorum more potare. Most. 1. 1. v. 61. vide *Pergracari*. Interdû est Græcanicis ludis exerceri Horat. 1. 2. Sat. 2. v. 11.
Graci palliati, vt *Romani togati*. Cur. 2. 3. v. 9.
Gracæ exotica: maior Gr. vide Scallig. in Festum. Men. 2. 4. v. 11.
Gracæ parua. Truc. 2. 6. v. 55. Mercat. 3. 1. v. 27. Quam Italiæ partem Græci ipsi magnam Græciã appellabant, eam Itali paruaam Græciam dicebant.
Gracismis sæpe vitur Plautus. vide etiam *Syntaxis insolens*. Amphit. 2. 2. vers. 188. Afinar. 3. 3. vers. 44. *Quas adolescens ipsi daturus dixit*. Sic Arnobius: *A quo ipsam Deitatem sortiti esse sentiant*.
 Virgil. 1. 1. *Æneid*.
Dixit & extemplo (neque enim responsa dabantur *Fida scitis*) sensit mediis delapsus in hostes.
 Propert. 1. 3. Eleg. 4.
 — Me
Iurabo bis sex integer esse dies.
 Horatius:
Vir bonus & sapiens dignus ait esse paratus.
 vide etiam *Hellenismus*.
Graciffare: imitari Græcos. Menar. Prol. v. 11.
Gracum pecus: oues Tarentinæ. Merc. 3. 1. v. 27. Truc. 2. 6. v. 55.
Grati. Men. 5. 1. v. 15.
Grallatorius gradus: est maximus & celerrimus gradus a grallis peticis
 N 2

periculis ligneis, quibus vsi Pantomimi. Contra Testudineum gradus tardissimus. Amph. Scen. *DI Softr.* v. 52. vide Taubm. ad Pœn. 3.1. v. 27.

Grallator. Pœn. 3.1. v. 27.

Grannaria tritici opplere. Trucul. 2. 6. v. 42.

Granile propriè de fœtibus olerum & fructuum dicitur. Rusticus Plautinus *in opusculis* fumit. Caf. 5. 2. v. 36.

Grandibo *δοξαίως*, pro *grandem faciam.* Non. Aul. 1.1. v. 10.

Grandiculi globi. Pœn. 5. 2. v. 35.

Grandire gradum testudineum. Aul. 1.1. v. 10.

Grandis p. *grauido* vsurpatur etiam in aliis linguis. Pseud. 1. 2. v. 64. Et hic quidem Mff. Camer. Pal. aliiq; codd. olim excusi habent *grauida.*

Granum tritici. Stich. 4.1. v. 52.

Granum thuris sacrificare. Pœn. 2.1. v. 3.

Graphicè exornari. Trin. 3.1. v. 38.

Graphicè facies. Perf. 2. 5. v. 5.

Graphicus, insignis. *Recherchassen/stattlich* Pseud. 1. 5. v. 104.

Graphicus p. egregio, lepido, & velut picto. Sic *seruus graphicus* & *quantius pretii.* Epid. 3. 3. v. 29.

Graphicus fur. Trin. 4. 3. v. 17.

Graphicus nugator. Trin. 4. 2. v. 91.

Graphicus mortalis : homo bellus, *εἰρωτικός.* Stich. 4.1. v. 64. Pseud. 2. 4. v. 9. vide *Pictura.*

Grassari propriè est incedere, ambulare. Bacchid. 5. 2. vers. 19. Afranius : *Consimili grassantur via.* Sallustius : *Qui sibi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensq; clarus est.* Rud. 1. 4. v. 31. Nonius.

Grassari gradu. Pœn. 3.1. v. 10.

Grassari in aliquem. Rud. 3. 3. v. 22.

Grata aquaq; habeo. Truc. 2. 7. v. 28.

Grata acceptaq; habeo. Truc. 2. 7. v. 55.

Grata gratia. Pœn. 1.1. vers. 6. vbi tamen Taubman. expressit *Grates gratia* ineptissimè. Quis enim sic loquitur?

Grates habere. Stich. 3.1. v. 2.

Gratia pro amicitia, & fauentia. Curc. 2. 3. v. 52.

Gratia tenuorpluma. Pœn. 3. 6. v. 17.

Gratiâ meâ, tuâ : propter me, te. Pseud. 5. 2. v. 3.

Gratiâ qua : cuius gratia, quare. Cur. 3. v. 84. Tru. Prol. v. 9. & 2. 2. v. 33.

Gratiâ eâ : propterea. Mer. 1. 2. v. 110.

Gratiâ hac : ideo. Stich. 5.1. v. 5.

Gratiâ istac : propterea. Pseud. 1. 5. v. 138.

Gratiâ est. Approbantis & gratû habentis formula. Pseud. 2. 4. v. 24.

Gratum & *grauè.* Perf. 4. 5. v. 3. vide etiam *Graviter.*

Gratiam bene ferre. Rud. 5. 3. v. 36. 4.1.

Gratiam inire ab aliquo. Phrasis Plautina, pro, *facere alicui, pro quo merito tibi habent gratias.* Epid. 3. 4. v. 5.

Gratiam facere de aliquare. Most. 5. 2. v. 9. 46. Men. 2. 3. v. 36. *Gratia est* : *Grates gratiâsq; habere.* Trin. 4.1. v. 2. agere. v. 5.

Grates agere. Merc. 5. 2. v. 2.

Gratiâ ab aliquo inire, est dato beneficio alicuius gratiam & amicitiam mereri. *Imbis à me solidam & grandem gratiam.* Curc. 3. v. 35.

Terent. Eunuch. 3. 5. *Ab eo gratiam hanc inibo.*

Gratiâ inire verbis ab aliquo. Stich. 4.1. v. 10.

Gratiam debere alicui. Mostell. 3. 3. v. 23.

Gratias habere atque agere. Perf. 5. 1. v. 4.

Gratias

Gratias sempiternas agere. Pœn. 5. 4. v. 82.

Gratiam inire summam. Trinum. 2. 2. v. 95.

Gratiam referre. Trin. 2. 4. v. 18.

Gratiam referre lepidè. Truc. 1. 2. v. 15.

Gratia facundia. Capt. 5. 3. v. 9.

Gratiam imperare. Stich. 1. 2. v. 23.

Gratiam habere interdû est gratias referre : interdum gratiam mereri. Epidoccl. 2. 2. vers. 82. & 109. Cist. 2. 3. v. 80. Epid. 2. 2. v. 82. Mil. 5.1. v. 32. Most. 5. 2. v. 58. Pœn. 5. 2. v. 31. Trin. 2. 4. v. 105.

Gratiâ habere alicui : honorare, &c. Merc. 5. 3. v. 4.

Gratiam alicuius negligere. Pœn. 4. 2. v. 1.

Gratias summas habere. Trin. 3. 2. v. 33.

Gratiam inire. Cist. 1.1. v. 8. & 2. 3. v. 84. & 4. 2. v. 70.

Gratiam facere. Antiqua est in circulis vsitata forma. Casin. 2. 6. vers. 21. Mil. 2. 6. vers. 93. Mostell. 5. 2. vers. 9. 46. Pseudol. 5. 2. v. 23. Ruden. 5. 2. vers. 59. Iurifurandi gratiam facias. vide Phil. Plaut. Iuramenti. Trinum. 2. 2. vers. 15. Sallust. *Qui mihi atq; animo meo nullius unquam delicti gratiam fecisti.* Liuius : *Omniun igitur tibi Ap. Claudi. qua impie nefarieque per biennium alia super alia ausus es gratiam facio.* Agell. lib. 10. c. 15. Suet. Tiber. c. 15.

Gratiam facere profecto. vide litt. P.

Gratiam referre. Most. 1. 3. v. 57. Rud. 2. 7. v. 17.

Gratiis pro gratiis sæpe vtitur Plaut. Af. Prol. v. 5. & 1. 3. v. 38. 42. Capt. 1.1. v. 38. & 2. 3. v. 8. Epid. 3. 4. v. 24. Pœn. 4. 2. v. 46. vide et *in gratiis.*

Gratuita opera. Cist. 4. 2. v. 74. penultima longâ. vt apud Horat. 1. 2. Od. 11. *fortuitum.*

Gratulari aliquid. Capt. 3. 2. v. 3.

Gravari aliquid : grauare aliquid dare. Rud. 2. 4. v. 22. Sic Cic. *Præcidere alicui* : pro *præcisè negare.*

Gravari aliquid. Stich. 5. 4. v. 40.

Gravari aliquid : pro *grauate aliquid facere.* Most. 5. 2. v. 5. Sic Cic. *Præcidere aliquid* : pro *præcisè negare.*

Gravata Dea, difficilis. Rud. 1. 5. v. 3.

Gravate alicui veniam dare. Bacch. 3. 6. v. 3.

Gravè & gratum. Perf. 4. 5. v. 3.

